This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 07437285 9

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBB. XVIII.
FRAGMENTA.

POST PAULI MERULAE CURAS ITERUM
RECENSITA, AUCTIORA, RECONCINNATA,
ET ILLUSTRATA.

ACCEDUNT

CN. NAEVII
LIBRORUM DE BELLO PUNICO
FRAGMENTA
COLLECTA, COMPOSITA ET ILLUSTRATA.

OPERA ET STUDIO
E. S.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK

LIPSIAE
SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE
MDCCCXXV.

MANUAL

PRAEFATIO.

Annalium Ennianorum fragmentis haud parvam sane opem tulerat *Paulus Merula*, quod ea non solum diligentius investigaverit, sed etiam, face historiae admota, ad pristinas sedes, quoad ejus fieri potuit, revocaverit. Inde editionem Merulae, satis ita rarescentem, ut nonnisi paucorum manibus teratur, recudi jam dudum optarunt viri eruditi, imprimis cum *Franciscus Hesselius*, recusae *Hieronymi Columnae* editioni omnium Ennii fragmentorum, ipsum quidem contextum Annalium a Merula dispositum subjiciens, illustrationes vero eos, gravissimum sane illius opus, et absque quo textui omnis adimitur sensus, omittens, spem eorum egregie fefellerit. Inter eos et *Heynius* erat, divae memoriae vir,

magister mihi quondam apprime aestimatus. Unde mihi a primis fere juventutis annis consilium de iteranda Merulae editione natum, quod ne deponerem, quamquam ad alia et quidem sat aliena studia vocatus, persuadebat mihi animus. Aestivarum igitur hujus anni feriarum tempore, otio aliquo gavisus, telam post octodecim et quod excurrit, annos interruptam retexui, schedulas jam sepositas conquisivi, annotatiunculas undique collectas, ut et meas iterum redegi, ita ut jam nunc opella in publicum prodire possit.

Illius modo rationes reddam. Fragmenta recudi curavi, prout Merula ea disposuit; enarrationes ejus historicas, quae ad eorum illustrationem conferrent, his subjeci, annotationibus reliquis Merulae ita usus, ut eas nonnisi selectas excerpserim.

Nec tamen Merulam presse secutus sum. Quae perverse ab illo disposita erant, ea loco certiori adsignavi; quae incerto loco ab illo adscripta inveni, quamquam probe sciebam, plura fortasse et alio loco reponi posse, haud leviore sane conjectura, qua ille in reponendis reliquis ductus, in certam redigere

tentavi sedem; obsoletam Merulae Ennio vindicatam orthographiam, cum vere Enniana fuisse, in omnibus probari nequiret, sprevi, eam tantum conservans, quae Enniano aevo quadrasse, veterum auctorum testimonia docent. Inserui insuper Ennii fragmenta aut neglecta a Merula, aut post ejus tandem aevum e tenebris suscitata et in lucem protracta; adnotationibus suis et selectas Hieronymi Columnae et aliorum, tum meas qualescunque adjeci; vitam Ennii a Merula contextam, observationibusque quibusdam auctam, et notitiam, quam vocant, literariam de Ennii editionibus, ceterisque scriptis, eum illustrantibus praemisi; Naeviani carminis de bello Punico fragmenta diligentius conquisita et ad historiae seriem revocata, cum per ea libro septimo Annalium Ennii haud parva adfundatur lux, subjunxi. Quae centonis ad instar in textu fragmentorum, praeeunte Merula et a me ipso conjuncta; quamvis ab auctoribus, a quibus frustilla ea allegantur, disjunctim excitata, per asteriscos minutos, frustillis ipsis praepositis, indicari, moneo. Supplementa dein virorum doctorum, tum, quae ex En-

magister mihi quondam apprime aestimatus. Unde mihi a primis fere juventutis annis consilium de iteranda Merulae editione natum, quod ne deponerem, quamquam ad alia et quidem sat aliena studia vocatus, persuadebat mihi animus. Aestivarum igitur hujus anni feriarum tempore, otio aliquo gavisus, telam post octodecim et quod excurrit, annos interruptam retexui, schedulas jam sepositas conquisivi, annotatiunculas undique collectas, ut et meas iterum redegi, ita ut jam nunc opella in publicum prodire possit.

Illius modo rationes reddam. Fragmenta recudi curavi, prout Merula ea disposuit; enarrationes ejus historicas, quae ad eorum illustrationem conferrent, his subjeci, annotationibus reliquis Merulae ita usus, ut eas nonnisi selectas excerpserim.

Nec tamen Merulam presse secutus sum. Quae perverse ab illo disposita erant, ea loco certiori adsignavi; quae incerto loco ab illo adscripta inveni, quamquam probe sciebam, plura fortasse et alio loco reponi posse, haud leviore sane conjectura, qua ille in reponendis reliquis ductus, in certam redigere

tentavi sedem; obsoletam Merulae Ennio vindicatam orthographiam, cum vere Enniana fuisse, in omnibus probari nequiret, sprevi, eam tantum conservans, quae Enniano aevo quadrasse, veterum auctorum testimonia docent. Inserui insuper Ennii fragmenta aut neglecta a Merula, aut post ejus tandem aevum e tenebris suscitata et in lucem protracta; adnotationibus suis et selectas Hieronymi Columnae et aliorum, tum meas qualescunque adjeci; vitam Ennii a Merula contextam, observationibusque quibusdam auctam, et notitiam, quam vocant, literariam de Ennii editionibus, ceterisque scriptis, eum illustrantibus praemisi; Naeviani carminis de bello Punico fragmenta diligentius conquisita et ad historiae seriem revocata, cum per ea libro septimo Annalium Ennii haud parva adfundatur lux, subjunxi. Quae centonis ad instar in textu fragmentorum, praeeunte Merula et a me ipso conjuncta; quamvis ab auctoribus, a quibus frustilla ea allegantur, disjunctim excitata, per asteriscos minutos, frustillis ipsis praepositis, indicari, moneo. Supplementa dein virorum doctorum, tum, quae ex En-

nio quidem hausta, sed obliquis verbis tradita, formis inclinatis, exprimi, curavi.

His fruere, benigne lector, et utere! Recordaris tamen, precor, libellum huncce tibi exhiberi a homine a philologiae, quod vocant, studio jamdudum ad alia castra avocato forensibusque negotiis per quatuordecim annos addicto. Mihi igitur indulgeas, et condones, si quae invenias, quae minus recte posita, immo, quae deteriora tibi videantur!

Scripsi Cellis Hannoveranis
die 27 Octobr. 1824.

E. S.
ICtus.

I.

QUINTI ENNII

VITA, VARIIS AUCTORIBUS VERBA PRAEEUNTIBUS, CONSCRIPTA AB PAULLO G. F. P. N. MERULA.

MERULA:

Q. Ennius, Poeta omnium facile primus, et merito summus,

M. TULLIUS CICERO PRO L. CORNELIO BALBO CAP. 22.

Summus Poeta noster. (Sic alias saepe nominatur cum apud M. Tullium, tum alios.)

❁

egregiis Ingenii dotibus cumulatus,

OVIDIUS LIB. II. 434. TRISTIUM:

Ennius Ingenio maximus . . . . . .

❁

natus est anno ab v. c. IↃXIV. [1]) C. Mamilio Turrino et Q. Valerio Faltone Coss.

AGELLIUS LIB. XVII. CAP. XXI.

Claudium et Tuditanum Coss. sequuntur Q. Valerius et C. Manilius; quibus natum esse Q. Ennium poe-

1. Aliis anno 513 vel 515; quod falsum. Ennium C. Mamilio et Valerio Coss. anno 514 natum esse, evicit *Wetzel* ad Cic. Cat. maj. 5. Apparet hinc Hieronymum ad Olymp. 153. 1. dicentem *Ennius poeta septuagenario major articulari morbo periit*, vehementer errare; nam inde sequeretur ante annum 514 natum esse. Eundem errorem commisit *Vossius* de histor. latinis I, 2.

tam, M. Varro in primo de Poetis libro scripsit. Legendum *Mamilius.*

✥

anno, post quam Romae docere coeperat fabulam C. Livius Andronicus [2]);

M. TULLIUS BRUTO CAP. XVIII.

Atque hic Livius, qui primus fabulam, C. Clodio Caeci F. et M. Tuditano Coss. docuit, anno ipso, antequam natus est Ennius, post Romam conditam autem quarto decimo et quingentesimo, ut hic ait, quem nos sequimur. Est enim inter scriptores de numero annorum controversia. Attius autem a Q. Maximo V. Cos. captum Tarento scripsit Livium, annis XXX. postquam eum fabulam docuisse et Attius scribit, et nos in antiquis commentariis invenimus. Docuisse autem fabulam annis post XI. C. Cornelio, Q. Minucio Coss. ludis Iuventatis, quos Salinator Senensi praelio voverat. In quo tantus error Attii fuit, ut his Coss. XL. annos natus Ennius fuerit, qui quum aequalis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quam ii qui multos docuerant ante hos Coss. et Plautus et Naevius. (Adfectiorem Tullii locum alibi inlustrabo et corrigam.)

✥

quo tempore admissa primum in Urbem Poetica:

M. TULLIUS TUSC. QUAEST. LIB. I. INITIO:

Serius poeticam nos accepimus. Annis enim fere CIX. post Romam conditam Livius fabulam dedit, C. Claudio Caeci F. M. Tuditano Coss. anno ante natum Ennium: qui (Livius) *fuit maior natu, quam Plautus et Naevius.*

✥

Natus, inquam, in Calabria, [3])

2. Conf. *Osann* Analect. crit. cap. 3. de anno, quo prima Romae a Livio Andronico fabula edita sit, egregie disputantem.

3. Inde et Horatio Od. IV. 8. 15. musa Enniana dicta *Calabrae Pierides.*

OVIDIUS III. 409. DE ARTE AMANDI:
Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus.

✥

Rudiis, [4])
POMPONIUS MELA LIB. II. CAP. 4.
Ennio cive nobiles Rudiae;

✥

urbe magnae Graeciae;
STRABO LIB. VI. CAP. 3.
Ἐκβάντες δὲ πεζεύουσι συντομώτερον ἐπὶ Ῥωδαίον πόλεως Ἑλληνίδος, ἐξ ἧς ἦν ὁ ποιητὴς Ἔννιος.

✥

uno hoc Alumno memorabili.
SILIUS ITALIC. LIB. XII. 396.
— — Rudiae genuere vetustae,
Nunc Rudiae solo memorabile nomen alumno.

✥

Unde Poeta, homo Rudius,
M. TULLIUS PRO ARCHIA POETA, CAP. 10.
Rudium hominem appellat.

✥

et Rudinus.
AUSONIUS IN MONOSYLLABIS:
Unde Rudinus ait: Divom domus altisonum cael.

✥

Alii natum Tarenti scribunt.
EUSEBIUS IN CHRONICIS AD ANNUM QUARTUM OLYMPIADOS CXXXIV:
Q. Ennius Poeta Tarenti nascitur.

4. *Rudiis* Ennius natus, non *Rudiae*. Perperam igitur *Rudiam* apud Hieronym. Chron. ad Olymp. 153. 4. Eadem corruptela olim in Plin. H. N. III. 16. obtinebat, quam *Vossius* ad Melam II. 9. eluit. Conf. *B. Tafurium* ad *Anton. Galateum* de situ Iapygiae p. 88. et in Raccolta d' opuscoli scientifici e filosofici. T. VII. p. 146 sq. (Venet. 1732. 12.) — Patriam Ennii *Rudiam* fuisse, duobus Aletio milliaribus distantem, putat *Domenich. Angelis* della patria d'Ennio dissertazione. Rom. 1701. 8. Sed refutatus a *Tafurio* della patria d' Ennio, in Opuscoli l.c. T. IV. V. 1X.

Oriundum se dixit ab Messapi, [5]) quem Equum Domitorem canit Virgilius,

SERVIUS AD ILLUD VIRG. VII. 691. AENEID.

At Messapus equum domitor:

Ab hoc Ennius dicit se originem ducere: unde et cantantes inducit eius socios, et eos comparat (Virgilius) *cygnis.*

antiqua stirpe.

SILIUS ITALICUS LIB. XII. 393.

Ennius antiqua Messapi ab origine Regis.

Hinc Poeta Messapius. Nam et Calabria olim Messapia nominata.

SUIDAS:

Ὁ ποιητὴς ὁ μεσσάπιος.

Quadragenarius in Sardinia vixit, ubi Graecam linguam docuit M. Portium Catonem Praetorem, [6])

AUCTOR DE V. V. INLUSTR. (AUREL. VICTOR.) CAP. XLVII:

M. Porcius Cato in Praetura Sardiniam subegit, ubi ab Ennio Graecis litteris institutus.

5. Vid. *Neocorum* ad Suid. T. 1. p. 747. *Henning. Forelii* diatriben de Ennio. Upsal. 1707. 8.

6. Sed mirum alicui videatur, cur, cum ipse Cato in Sardiniam deduxisset Ennium, idem id Fulvio Nobiliori vertat vitio, quod in Aetoliam iturus Ennium comitem assumserit, Cicero Tuscul. I. 2. *Vossius* de natura art. poet. cap. X. §. 8. ostendit, falli Victorem, quod Cato Ennium senem in provincia deduxerit, sed veriora esse Cornel. Nepotis in Catone: *Praetor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua Quaestor superiore tempore ex Africa decedens Q. Ennium poetam deduxerat.* Nimirum Cato sub P. Cornelio Scipione Procos. Africano, Quaestor in Africa fuit a. 550., cumque non posset satis convenire cum suo Procos. exeunte anno ex Africa per Sardiniam rediit Romam, ac tum e Sardinia Romam deduxit Ennium, qui deinde in Aventino habitavit parce. Sexennio post Cato in Sardiniam rediit Praetor, sed nihil in historiis est, quod tum comitem sibi legerit Ennium. Verum novennio post Fulvius in Aetoliam profectus cum Ennio a. 565.

qui Romam eum inde transvexit, anno ab v. c. DLV. T. Quinctio Flaminino et Sex. Aelio Paeto coss. 7)

AEMILIUS PROBUS IN VITA M. PORCII CATONIS CAP. I.

Praetor provinciam obtinuit Sardinium, ex qua Quaestor superiore tempore ex Africa decedens Q. Ennium Poetam deduxerat: quod non minoris aestimamus, quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

In urbem traductus montem Aventinum habitavit.

EUSEBIUS IN CHRONICIS:

Q. Ennius a Catone Romam translatus habitavit in monte Aventino.

in luco Tutilinae domicilium figens;

M. TERENTIUS VARRO LIB. IV. DE L. L.:

de Ennio scribens dicit *eum coluisse Tutilinae loca.* (Quid si *Tutilinae lucum* legamus? Fuerunt enim in Aventino monte multi Luci, inter eos fortean et Tutilinae: et certe Poetae lucos amant, secessus quaerunt et ocia.)

parco admodum sumtu contentus, et unius Ancillae ministerio *).

EUSEBIUS IN CHRONICIS:

Habitavit in Monte Aventino parco admodum sumtu contentus, et unius Ancillae ministerio. (De hac Ancilla etiam paullo post ubi de Ennii Amicis ex Cicerone.

Trium autem linguarum Graecae, Latinae et Oscae peritus,

AGELLIUS LIB. XVII. CAP. 17.

Q. Ennius tria corda habere se dicebat, quod loqui Graece et Osce et Latine sciret.

Latinam et Graecam domi forisque docuit: Graecos Au-

7. Conf. notam praecedentem.

*) Cic. Cat. mai. 5. *Annos LXX natus — ita ferebat duo, quae maxima putantur onera, paupertatem et senectutem, ut eis paene delectari videretur.*

ctores Latina interpretatione inlustrans, Latina vero, a se composita, praelegens;

SUETONIUS DE GRAMMAT. INLUSTR. CAP. 1.

Antiquissimi doctorum, et Poetae et Oratores, Semigraeci erant: Livium et Ennium dico, quos utraque lingua domi forisque docuisse, adnotum est. nihil amplius quam Graece interpretabantur. Ac, si quid Latine ipsi composuissent, praelegebant.

✿

Patritiae apud Romanos Iuventutis institutor.

SULPICIA

in Satyra de statu reip. tempore Domitiani, qui Edicto Philosophos urbe exegerat; v. 45.

Ergo Numantinus Libycusque erravit in isto
Scipio, qui Rudio crevit formante magistro.

(Alii tamen malunt ibi *Rhodio.*)

Qua industria tantum praestitit, ut etiam Graecam linguam Romanis quasi propriam fecerit.

ENNIUS DE SE LIB. XI:

Contendunt Graecos Graios memorare solent sos:
Quod Graeca lingua longos per tempori tractus
Hos pavi . . . . . .

✿

Quum vero vir esset probus, candidus, minime fucatus,

ENNIUS (AP. GELL. XIX. 8. HESSEL. P. 194.)

DE SE:

Ego eo ingenio natus sum, amicitiam
Atque inimicitiam in fronte promtam gero.

✿

singularis prudentiae, et fortitudinis,

HORATIUS LIB. II. EPIST. I. 50:

Ennius et sapiens, et fortis, et alter Homerus
Ut Critici dicunt, leviter curare videtur,
Quo promissa cadant et somnia Pythagorea.

✿

malas artes et dolos detestatus, in nullo doctrinae genere non versatus, fidei probatissimae, gratia multum va-

lens, rarae facundiae, sua contentus sorte, faventioris genii, amoenioris indolis, optimi consilii, commodioris consuetudinis, pauci sermonis, omnium denique disciplinarum scientia abunde praeditus:

ENNIUS DE SE APUD AGELLIUM Lib. XII. NOCT. ATTIC. Cap. IV.

Ingenio qui ol nolla malum sententia suadet,
Ut faceret facinus, levis aut malus; doctus, fidelis,
Suavis homo, facundu', suo contentu', beatus,
Sceitu', secunda loquens in tempore, commodu', verbum
Paucum, molta tenens antiqua, sepolta, vetusta,
Quai faciunt mores veteresque novosque tenentem;
Moltarum veterum legum, Deivomque hominumque
Prudentem, quei molta loqueive tacereve posset.

T. Aelium Stilonem dicere solitum, inquit Agellius, *ferunt, Q. Ennium de semetipso haec scripsisse picturamque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii factum esse.*

facile sibi amicitiam adquisivit primorum Romae civium. Imprimis vero carus fuit P. Cornelio Scipioni Nasicae,

M. TULLIUS PRO ARCHIA POETA Cap. 9.

Carus fuit Africano superiori noster Ennius.

admodum familiariter et ad sales usque dictaque festiva, ut etiam iocis apud eos locus fuerit.

M. TULLIUS Lib. II. DE ORATORE, Cap. 68.

Ut illud Nasicae: qui quum ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quaerenti Ennium, ancilla dixisset, domi non esse. Nasica sensit, illam domini iussu dixisse, et illum intus esse. Paucis post diebus, quum ad Nasicam venisset Ennius, et eum a ianua quaereret, exclamat Nasica, se domi non esse. tum Ennius, Quid? ego non cognosco vocem, inquit, tuam? Hic Nasica: homo es impudens: ego, quum te quaererem, ancillae tuae credidi, te domi non esse; tu mihi non credis ipsi?

Nepotem ex Sorore habuit M. Pacuvium, Poetam Tragicum, qui Avunculi vestigiis insistens multa composuit; in quorum fragmentis clarissime videre est ingenium admirandum, insignem doctrinam, genus dicendi vehemens, gratam sententiarum gravitatem, pondus verborum quod frustra quaeras apud alios.

PLINIUS Lib. XXXV. NAT. HIST. Cap. IV:

Proxime celebrata est in foro Boario aede Herculis Pacuvii poetae pictura. Ennii sororis genitus hic fuit, clarioremque eam artem Romae fecit gloria Scenae.

Artis militaris fuit Ennius scientissimus. Meruit in Sardinia cum P. Cornelio Scipione;

CLAUDIANUS IN LAUDIBUS STILICONIS III. 3.:

Non sine Pieriis exercuit artibus arma,
Semper erat vatum maxima cura duci.
Gaudet enim Virtus testes sibi iungere Musas;
Carmen amat quisquis carmine digna gerit.

ubique lateri eius adhaerens:

ET PAULLO POST: (III. 11.)

Haerebat doctus lateri, castrisque solebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.

Centurionis ornatus honore et insignibus,

SILIUS ITALIC. Lib. XII, 395.

Miscebat primas acies, Latiaeque superbum
Vitis adornabat dextra decus —

ardore singulari adoriens, oblata occasione, hostes.

IDEM EODEM LIBRO V. 398.

Is prima in pugna, vates ut Thracius olim
Infectam bello quateret quum Cizicus Argon,
Spicula deposito Rhodopeia pectine torsit:
Spectandum sese non parva strage virorum
Fecerat, et dextrae gliscebat caedibus ardor.

Militavit item in Aetolia cum M. Fulvio Nobiliore Cos. anno ab v. c. DLXIV.

M. TULLIUS BRUTO L. C.

Q. Nobiliorem M. F. iam patrio instituto deditum studio litterarum, qui etiam Q. Ennium, qui cum patre eius in Aetolia militaverat, civitate donavit, quum Triumvir coloniam deduxisset.

✥

quamvis ringentibus aliis, tam grato tamen et amico contubernio,

M. TULLIUS TUSC. QUAEST. LIB. I. 2.

Honorem huic generi (poeticae) *non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poetas duxisset: duxerat autem Consul ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium.*

✥

ut Ennius Fulvii victoriam de Aetolis et Ambraciotis per se magnificam insigni laude celebrarit:

AUCTOR DE VIRIS INLUSTR. CAP. LII.:

Quam victoriam de Aetolis et Ambraciotis per se magnificam Q. Ennius amicus eius (M. Fulvii Nobilioris) *insigni laude celebravit.*

✥

Q. vero Fulvius in gratiam sui Ennii, non dubitarit Martis manubias Musis consecrare;

M. TULLIUS PRO ARCHIA POETA. 11.

Iam vero ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit, Fulvius non dubitavit Martis manubias Musis consecrare.

✥

et Censor postea anno DLXXIV. Aedem Herculis Musarum in Circo Flaminio facere.

EUMENIUS RHETOR,

oratione, quam habuit pro scholis Cliviensibus instaurandis:

Aedem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecit: non id mo-

do sequutus, quod ipse litteris et summi (sic enim legendum) *Poetae amicitia duceretur, sed quod in Graecia quum esset Imperator, etc.*

Quin et eius filius Q. Fulvius Nobilior, ut et ipse gratitudinem testaretur suam in patris sui Virtutem praeconem, Triumvir anno IDLXIX. cum Q. Fabio Labeone et M. Fulvio Flacco deducendis Coloniis, Pollentiae in Picenum, Pisauro vero in Gallicum agrum, Poetam civitate donavit.

M. TULLIUS BRUTO L. C.

Q. Nobiliorem M. F. iam patrio instituto deditum studio litterarum, qui etiam Q. Ennium, qui cum patre eius in Aetolia militaverat, civitate donavit, quum Triumvir Coloniam deduxisset.

Quam doctissimae et deditae litterarum studiis familiae benevolentiam, quum tenuioris conditionis, singularibus excipere officiis nequiret, suis saltem scriptis notam posteris esse voluit.

ENNIUS IPSE LIB. XVIII. ANNALIUM:

Nos sumu' Romanei, qui fuvimus ante Rodaiei.

Scripsit varia: I. Praeter alia ANNALIUM LIBB. XIIX, LUCILIUS EPISTOLA: [8])

Item quaevis non magna pars Poëma est illa:

8. Desumta sunt e *Lucilii* Satirarum libro IX. ap. *Nonium* s. v. Poesis. Et leguntur a *Dousa* in edit. fragmentor. Lucilii p. 47. sic:

Non haec, quid valeat, quidve huic intersiet illud
Cognosces: primum hoc quod dicimus esse Poëma,
Cujusvis operis pars est non magna, Poëma;
Pars est parva Poëma, proinde ut epistola quaevis:
Illa Poësis opus totum, ut tota Ilias, una
Est θέσις, Annalesque Enni, atque istoc opus unum,
Est majus multo, quam quod dixi ante Poëma, etc.

Annales *Ennii* etiam indigitat *Diomedes* III. p. 480. ed. Putsch. *Epos latinum primus digne scripsit is* (al. male *Livius*. Conf. *Osann* Anal. crit cap. 2.), *qui res Romanorum XIIX complexus est libris, qui et Anna-*

Poesis opus totum, totaque illa summa est una Θέσις. ut Annales Enn I

✿

lectu, si exstarent, dubio procul dignissimos;

M. TULLIUS LIB. II. DE NAT. DEORUM CAP. 37.

Non intellego quur non idem putes, si innumerabiles unius et viginti formae litterarum aliquo coniiciantur, posse ex his in terram excussis, Annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici.

✿

generosiore stilo: quibus Romam Romanosque aeternavit.

IULIUS CAESAR SCALIGER:

Magne senex, cui torva gravi sonat horrida cantu
Buccina, bellaci quum crepat hasta manu.
Dic Romae, dic Phoebigenis; te huic condere vitam,
His donare sacrae semina magna tubae.

✿

In iis enim commissa canit bella;

ENNIUS DE SE LIB. I.:

Horrida Romuleum certamina pango duellum.

✿

Duces celebrat Romanos;

les inscribuntur, quod singulorum fere annorum actus (ut videre est e fragmentis superstitibus) *contineant.* Immensum opus fuisse Annales, exinde patet; e horrendo naufragio, quod passi, vix servati sunt versus DCCC fere vel integri vel decurtati. Composuit eos poeta, anno U. C. DLXXXI. aetatis suae LXVII, ut liquet e Gell. XVII. 21. collato cum Annal. I. 115. Ultimus igitur ingenii sui foetus Annalium opus erat.

Multa depromserat Ennius ex Homero, hunc scilicet imitatus, quaedam e Naevio, ut *Cicero* in Bruto notavit; multa ex Ennio poetae posteriores, in primis Virgilius, teste *Servio*, ut et *Donato* in vita Virgilii cap. 18, qui, *cum is* (Virgilius), ait, *aliquando Ennium in manu haberet, rogareturque, quidnam faceret, respondit se durum colligere de stercore Ennii. Habet enim poeta ille egregias sententias sub verbis non multum ornatis.* Conf. et *Macrob.* Saturn. VI. 2. *Quos vel ex dimidio sui, vel solidos etiam versus ab antiquis latinis poetis sit mutuatus Virgilius.*

SILIUS LIB. XII. L. 410.

Hic canet inlustri primus bella Itala versu,
Attolletque duces coelo . . . . . .

Res scribit ab iis gestas;

M. TULLIUS LIB. I. 15. TUSCUL.

ubi Ennius de se:

Hic vostrum panxit maxuma facta patrum.

perfecte, absolute, polite;

M. TULLIUS BRUTO CAP. 19.

Sit Ennius sane, ut est certe, perfectior; qui si illum, ut simulat, contemneret, non, omnia bella persequens, primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. Sed ipse dicit, quur id faciat; Scripsere, inquit, alii rem Versibus. et luculente quidem scripserunt, etiam si minus, quam tu, polite. Nec vero tibi aliter videri debet, qui a Naevio vel sumsisti multa, si fateris: vel, si negas, subripuisti.

non omisso etiam furtivo Martis concubitu

OVIDIUS LIB. TRISTIUM V. 424.

Utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore.

cum Rea Ilia, Virgine Vestali,

OVIDIUS II. TRISTIUM V. 259.

Sumserit Annales, nihil est hirsutius illis;
Facta sit unde parens Ilia, nempe leget.

obducto nequaquam velo.

PROPERTIUS LIB. IV, ELEG. I:

Ennius hirsuta cingat sua tempora quercu.

Laudibus inde prosequens cum alios, tum Horatios et Curiatios

PROPERTIUS LIB. III. ELEG. II:

Et cecinit Curios fratres; et Horatia pila;
Regiaque Aemilia vecta Trophaea rate;
Victricesque moras Fabii; pugnamque sinistram

Cannensem; et versos ad pia vota Deos;
Annibalemque Lares Romana sede fugantes;
Anseris et tutum voce fuisse Iovem.

✿

ceterosque Principes in rep. Romana viros;

M. TULLIUS PRO ARCHIA POETA. CAP. 9.

In coelum huius proavus Cato tollitur; magnus honos populi Romani rebus adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii non sine communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum, qui haec fecerat, Rudium hominem maiores nostri in civitatem receperunt.

✿

absque ullo fuco:

M. TULLIUS BRUTO CAP. 15.

Quem vero exstet, et de quo sit memoriae proditum, eloquentem fuisse, et ita esse habitum, primus est M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiae est auctor, et idoneus quidem mea sententia, Q. Ennius; praesertim quum et ipse eum audiverit, et scribat de mortuo; ex quo nulla suspicio, amicitiae caussa esse mentitum.

✿

tanta singula dexteritate, ut Epicus Poeta *κατ' ἐξοχήν* Posteris nominatus,

M. TULLIUS DE OPTIMO GENERE ORAT. CAP. I.

Itaque licet dicere et Ennium, summum Epicum poetam, si cui ita videtur; et Pacuvium Tragicum; et Caecilium fortasse Comicum.

✿

Romani Carminis primus Auctor habitus,

AUCTOR PANEGYRICI MAXIMIANO AUG. DICTI:

Etenim quod ait ille Romani carminis (sic legendum pro *Criminis*) *primus auctor:* et cetera.

✿

et Heroici versus Maiestas ab eo originem traxisse fuerit dicta [9]).

9. Hexametro dactylico heroo Q. Ennium *primum* esse usum, optime demonstrat *Osann* Analecta critica. cap. 2, ubi et probat, neque apud Livium Andronicum, neque apud Nae-

LUCRETIUS Libro I. 119.

Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

✥

Non enim tantum, ut merito gloriari solebat, Retro-poetas omnes superavit,

M. TULLIUS BRUTO Cap. 18.

Quid? nostri veteres versus ubi sunt?
. . . quos olim Faunei Vatesque canebant:
Quorum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dictei studiosus erat . . . ante hunc

ait ipse de se: nec mentitur in gloriando. sic enim esse res habet.

✥

paullo etiam licentius de iis loquutus,

M. TULLIUS ORATORE Cap. 51.

Ergo Ennio licuit vetera contemnenti dicere:
Versibu', quos olim Faunei Vatesque canebant.

✥

absque conviciis tamen:

ENNIUS IPSE:

. . neque me decet haec carinantibus edere charteis.

✥

verum etiam posterioribus fuit praelatus; imo, summorum Virorum iudicio, ipsi Virgilio, quamvis hic multis Poetarum Latinorum eminentissimus.

AELIUS SPARTIANUS *in Vita Adriani Imp.*

Amavit praeterea genus dicendi vetustum; Controversias declamavit; Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustio Caecilium praetulit.

vium hexametros inveniri. *Isidor.* Orig. 1. 37. ait: *Hexametros autem Latinos primum fecisse Ennius traditur, eosque longos vocavit*, quocum conspirat *Cic.* de leg. II. 27. De metro elegiaco haec *Isidorus* l. l. *Hoc autem apud nos vix constat, a quo sit inventum; nisi quia apud nos Ennius eo prior usus est.*

✥

Annales (quibus Homerum multis locis expressit, ut in aliis alios)

M. TULLIUS LIB. I. 3. DE FIN. BON. ET MALORUM:

Locos quidem quosdam, si videbitur, transferam, et maxime ab iis, quos modo nominavi, quum inciderit, ut id apte fieri possit, ut ab Homero Ennius, Afranius a Menandro solet.

✥

in summo semper pretio habiti,

SUETONIUS DE INLUSTR. GRAMMAT. CAP. 8. *de M. Pompilio:*

Ibique (Cumis) *in otio vixit et multa composuit: verum adeo inops, atque egens, ut coactus sit, praecipuum illud opusculum Annalium Ennii librorum sexdecim, millibus nummûm cuidam vendere: quos libros Orbilius suppressos redemisse se dixit, vulgandosque curasse nomine auctoris.* (Vide tamen hunc Suetonii locum in meo Commentario [10]), folio 106.)

✥

tanto; ut publice etiam fuerint certis diebus recitati, non solum Romae ab Viris maximis,

SUETONIUS DE INLUSTR. GRAMMAT. CAP. 2.

Q. Vargunteius Annales Ennii certis diebus in magna frequentia pronunciabat, ut Laelius, Archelaus, Vettius.

✥

sed et in Provinciis: ab eius nomine nonnullis Enniani-nistas se apellantibus.

10. Cum enim in Vulgg. pro *Annalium Ennii librorum* legatur: *Annalium Elenchorum*, veram haud dubie l. c. proposuit Merula sententiam, non Annales Ennii fuisse divenditas a Pompilio, sed proprium et a se ipso conscriptum opus, quod variis de rebus argumenta singulis annis collecta, fortean continebat, redemtum postea ab Orbilio et nomine auctoris Pompilii vulgatum. Verba enim Suetonii non quadrant in Ennii Annales, ita vulgatissimos, ut ab emtore haud potuissent suppresso autoris nomine pro ipsius sui ingenii foetu divulgari.

AGELLIUS Lib. XIIX. Cap. V.

Antonio Iuliano Rhetori Puteolis nunciatur ἀναγνώστην quemdam, non indoctum hominem voce admodum scita et canora, Ennii Annales legere ad populum in Theatro. Eamus, inquit, auditum nescio quem istum Ennianistam. hoc enim se ille nomine appellari volebat.

✥

Scriptos autem continente scriptura in XIIX. libros distinxit Q. Vargunteius.

SUETONIUS DEINLUSTR. GRAMMAT. Cap. II.

C. Octavius Lampadio Naevii Punicum bellum, quod unico volumine et continente scriptura expositum divisit in VII. libros, ut postea Q. Vargunteius Annales Ennii.

✥

Temporis iniuria depravatiores emendavit C. Octavius Lampadio.

AGELLIUS Lib. XIIX. Cap. V.

Lampadionis manu emendatos fuisse Annalium libros significat.

✥

Et Commentariis inlustrarunt non pauci;

AGELLIUS Lib. XIIX. Cap. V,

Pervolgata Commentaria in Q. Enni Annales nominat.

✥

inter alios [11]) Flavius Caper.

SOSIPATER CHARISIUS Lib. I:

Hebem. Ennius in XVI. ubi Fl. Caper: non ut adiunctive sed appellative est loquutus.

✥

11. Innuere videtur *Varro* L. L. VI. *C. Aelii* et *Verginii* commentarium in Ennium. Dicit enim: *Apud Ennium: Atque prius pariet locusta lucam bovem. Luca bos elephas. Cur ita sit dictus, duobus modis inveni scriptum. Nam et in C. Aelii commentario erat, a Libycis Lucas; et in Verginii commentario, ab Lucanis Lucas.*

II. Scripsit etiam FABULAS;

PLINIUS LIB. VII. CAP. XXVII:

Utique si recipiatur poetica fabulositas Q. Ennio, etc.

TRAGOEDIAS,[12]) inquam, et COMOEDIAS[13]) vertit ex Graecis:

TERENTIUS IN PROLOGO ANDRIAE V. 18.

Qui quum hunc accusant, Naevium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster auctores habet.

tam commode et feliciter,

AGELLIUS LIB. XI. CAP. IV:

Versus Euripidis Q. Ennius, quum eius Tragoedias veteret, non sane incommode aemulatus est.

12. Restant fragmenta e tragoediis: *Achilles*, al. *Achilles Aristarchi*, *Ajax*, *Alcestis* (ex Euripide versa), *Alcmaeon*, *Alexander* vel *Alexandra*, *Andromache*, aliis et *Andromache-Molottus*, *Andromeda*, *Antiope*, *Athamas*, *Cresphontes* fortasse ex Euripide, [*Cressae* secundum Columnam sed e conjectura, qua Nonii corrupto loco medelam adtulit], *Dulorestes*, *Erechtheus*, *Eumenides* ex Aeschylo, *Hectoris Lytra*, *Hecuba* ex Euripide (conf. *Osann* Anal. crit. cap. 7.), *Iliona* secundum Columnam, sed videtur esse Pacuvii, *Iphigenia* ex Euripide, *Medea* et secundum alios *Medea altera* (Conf. tamen praeter editionem *Planckii Osann* l. c. cap. 6.) *Medus*, sed videtur esse Pacuvii; *Melanippa*, aliis *Menalippus*, *Nemea*, *Neptolemus*, *Phoenix*, *Protesilaodamia* (Conf. *Both.* fragm. P. 1. p. 91) *Telamon*, *Telephus*, *Thyestes*. — Conf. praeter *Columnae* editionem omnium fragmentorum Ennii, *Delrionis* Syntagma veteris tragoediae, *Scriverii* Collectanea veterum tragicorum, et *Bothii* fragmenta poetarum scenicorum Latii. P. 1.

13. Restant fragmenta e Comoediis: *Amphithraso*, nisi sit Amphitruo Plauti, *Ambracia*, *Caprunculum* vel *Cupiuncula*, aliis *Capeduncula*, *Celestis* al. *Thelespis*, *Pancratiastes*, *Erularia* nisi sit Naevii, al. *Carbonaria*, *Haemapotis* aliis *Hermaphroditus*. Praeter *Columnam* conferas *Bothium* l. c. P. II. — Togatas tabernarias scripsisse Ennium innuit *Diomedes* libro III.

ut Romani aliique magis fuerint versis versibus delectati, quam Graecorum, unde versi erant, lectione.

M. TULLIUS DE OPTIMO GENERE ORAT.

Sed tamen Ennium et Pacuvium et Attium potius, quam Euripidem et Sophoclem legunt. [14])

Vertit omnia nobilibus Trimetris

HORATIUS DE ARTE POETICA: 258.

— — — — Hic et in Att I
Nobilibus Trimetris apparet rarus, et Enn I
In scenam missos magno cum pondere versus
Aut operae celeris nimium, curaque carentis
Aut ignoratae premit artis crimine turpi.

Metrorum legibus [15]) inter dum non religiose observatis:

ACRON HORATII INTERPRES:

Attius et Ennius legem metri in fabulis minime servaverunt. Nam quosdam Versus Longiores habent.

Scriptis suis, praecipue Tragoediis, etiam Physica nonnumquam admiscens.

M. TULLIUS Lib. III. DE ORATORE Cap. 40.

Quamvis Sphaeram in Scenam (ut dicitur) attulerit Ennius: tamen in Sphaera fornicis similitudo non potest inesse.

III. Composuit item quatuor [16]) SATYRARUM libros.

14. Idem Cicero de finib. I. 2. *Quis enim tam inimicus paene nomini Rom. est, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut rejiciat?* Tum Acad. Quaest. I. 3. *Quid enim causae est, cur poetas latinos graecis literis eruditi legant, philosophos non legant? an quia delectat Ennius, Pacuvius, Attius, multi alii, qui non verba, sed vim Graecorum expresserunt poëtarum?*

15. Vituperatur praecipue usus spondaeorum creberrimus, e. g. *Olli respondit rex Albai Longai.*

16. Immo *sex* libros, si fides habenda Donato in Terent. Phorm. II. 2. 25. Erant Satirae Ennii sermonibus Horatianis similes, excepto, quod Ennius ad quorundam Graecorum exemplum, ut e fragmentis videre est, id sibi juris sumserit, ut plura carminum genera, con-

PORPHYRION AD LIB. I. HORAT. SAT. X.

Ennius quatuor libros Satyrarum reliquit.

✥

IV. SCIPIONEM singulari opere [17]) cecinit,

SUIDAS:

Ἔννιος, ῥωμαῖος ποιητής. ὃν Αἰλιανὸς ἐπαινεῖν ἄξιον φησί. Σκιπίονα γὰρ ἄδων, καὶ ἐπὶ μέγα ἐξάραι τὸν ἄνδρα βουλόμενος, φησί μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος, δῆλον δὲ ὡς ἐτεθήπει τοῦ ποιητοῦ τὴν μεγαλόνοιαν καὶ τῶν μέτρων τὸ μεγαλεῖον καὶ ἀξιάγαστον. καὶ ὡς ἐπαινέσαι δεινὸς Ὅμηρός ἐστι καὶ καλέος ἄνδρων πυργῶσαι τε καὶ ἄϊαι, ἐξ ὧν ἐπήνευσε τὸν Ἀχιλλέα, etc.

✥

quamquam, uno clamante, rudi et impolito praeconio

VALERIUS MAXIMUS. LIB. VIII. CAP. 14.

Rude et impolitum praeconium, quo Ennius superiorem Africanum celebravit, notat.

✥

V *Euhemeri* antiquissimi Auctoris [18]) historiam de rebus

fusis hexametris, jambicis, trimetris et tetrametris, trochaicis commisceret. Ante Ennium Naevius, post eum Pacuvius et Lucilius satiras scripserunt. Ad Ennium respexisse videtur *Horat.* Sat. I. 10. 65. — *fuerit Lucilius, inquam, Comis et urbanus; fuerit limatior idem Quam rudis* (al. *Rudius*) *et Graecis intacti carminis auctor.* Conf. *Casaubonum* de satirica poesi Lib. II. c. 2; *Gerberum* de Roman. satira Sect. I. cap. 2.

17. Respexit ad id opus sine dubio *Scholiastes* vetus ad *Horat.* Serm. II. 1. 16; dicens, bella Scipionis majoris descripsisse Ennium, sicut Lucilium ejus vitam privatam. Tetrametris catalecticis conscriptum fuisse opus, nullis versibus hexametris admixtis, adversus Columnam evicit *Bothius* l. c. p. 60. ad fr. 2. Inde hexametri (ille e Scipione laudatus a *Macrobio* IV. 4. versus potius asyrnatetus est), a *Columna* ex incertis libris inculcati, Annalibus Ennii vindicandi sunt, ut infra exposui.

18. De Euhemero s. Evemero, qui scripsit Ἱερὰν ἀναγραφήν, probaturus, omnes deos homines fuisse, conf. *Ciceron.* de N. D. I. 42. *Lactant.* I. 11. *Euseb.* Praepar. evangel. II. 1. Commentationes *Savinii* et *Fourmonti* in Memoires de l'academie des Inscriptions. T. XI. et XV. Ennius, ut fragmenta superstita docent, librum in soluta oratione conscriptum, itidem vertit soluto sermone.

gestis Iovis et ceterorum, qui Dii putantur, Latine est interpretatus. Infinita alia [19]) praetereo.

LACTANTIUS LIB. I DE FALSA RELIG CAP. XI:

Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Iovis et caeterorum, qui Dii putantur, collegit; historiamque contexuit ex Titulis, et In-

19. Quae quidem sunt:

VI. *Edesphagitica*, aliis *Phagetica*, *Edesta* vel *Phagica*, Ἡδυφαγικὰ, Ἰχθυοφαγικὰ, Ἡδυπαθητικὰ, Ἰχθυοφαγητικὰ, *Hedypathetica*, *Phagesia*, *Addephagia* etc. versibus hexametris compositum carmen, ex Archestrato forte expressum, et innumerabilia piscium genera edulia enumerans. Post *Columnam* fragmenta carminis ediderunt *Pithoeus* Epigramm. IV. fin. *Scaliger* in Catalect. I. p. 215: *Burmann.* Anthol. Lat. L. III. p. 588. *Wernsdorff* Poet. lat. minor. T. I. p. 187.

VII. *Epigrammata*, scilicet epitaphia duo in Scipionis tumulum, et unum in tumulum sibi ipsi erigendum. Versu elegiaco.

VIII. *Epicharmus*, poëma didacticum ex Epicharmo Pythagoreo translatum, versu mixto, heroico scilicet et trochaico conscriptum.

IX. *Protreptica*, forte admonitiones ad bene recteque vivendum. Utrum opus soluta an ligata oratione conscriptum fuerit, haud liquet, cum ex illo vox sola *pannibus* restet.

X. *Praecepta*, forte idem opus cum protrepticis, jambis conscriptum.

XI. *Asotum* librum vel *Sotadicum*, e mente Scaligeri et Columnae scilicet. Sed videas, quae iis opponit *Bothius* l. c. P. II. p. 6.

XII. *Sabinae*, e quo locum allegat *Ang. Majus* ad Ciceron. de republ. II. 8. p. 139. soluta oratione, ut videtur, conscriptae de raptu virginum Sabinarum. Conf. ad Annal. I. 128. Quae a Macrobio Sat. VI. 5. citantur e libro quarto Sabinarum, cum ligata oratione conscripta sint, ad Satirarum opus pertinuisse videntur, ut recte vidit Columna, immerito ob id increpatus a Majo.

XIII. Quaedam et de computatione anni scripsisse Ennium, nisi illam in Epicharmo tractaverit, concludi potest e *Censorini* cap. 19. de die natali, ubi haec habet: *Annus vertens est natura, dum Sol percurrens XII signa, eodem unde profectus est, redit. Hoc tempus, quot dierum esset, nondum astrologi reperire potuerunt. Philolaus autem naturalem dies habere prodidit CCCLXIV et dimidiatum. Aphrodisius CCCLXV et Aristarchus Samius tantundem, et praeterea diei partem 1623. Mason vero CCCLXV et dierum quinque undevigesimam partem. Harpalus autem CCCLXV et horas aequinoctiales 13. At noster Ennius CCCLXVI.*

scriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Iovis Triphylii; ubi auream columnam positam esse ab ipso Iove titulus indicabat: in qua columna gesta sua perscripsit, ut monimentum esset Posteris rerum suarum. Hanc Historiam interpretatus est Ennius, et secutus, etc.

✥

Libri tamen *de Litteris, Syllabis, Metris* et *Auguriis*, qui olim circumlati, non sunt Poetae, sed alterius Ennii [20]).

SUETONIUS DE INLUSTR. GRAMMAT. CAP. I:

Nam quod nonnulli traduut duos libros de Litteris, Syllabisque, item de Metris ab eodem Ennio editos, iure arguit L. Cotta, non poetae sed posterioris Ennii esse; cuius etiam de Augurandi disciplina volumina feruntur. [21])

✥

Scripsit autem eleganter, nervose,

NONIUS *Propinare et Medullitus:*

Enni poeta salve, qui mortalibus

20. Ad eos sine dubie referendi tum locus *Varronis* L. IV. de L. L. *Per eos* (feciales) *etiam nunc fit foedus, quod Fidus scribit Ennius dictum;* tum locus *Charisii* Lib. I. *Erumnam Ennius ait per E solum scribi, quod muntem ereat, vel per OE, quod moerorem nutriat;* tum locus Festi forsan: *Mutas literas et semivocales solebant antiqui duplicare scribendo et legendo, et ita ait* (Veranius) *Eunium scripsisse, in eo quem . . .* (f. *de literis composuit*) . . . *quo dein* (sic legendum videtur) *tempore r* (lege: *s*, cum r mutae characterem non habet) *muta duplicata sit primum.* — Huic Ennio fortasse attribuendae notae tachygraphicae MC, quas eum invenisse tradit *Isidorus*.

21. Alios Ennios citat *Tacitus*, I. 9. L. *Ennius, equitem Romanum;* Annal. III. 70. *Enniam Thrasyllen* Annal. VI. 45. Conf. et *Sueton.* Caligul. 12. *Dio Cass.* LVIII. *Ennium Dandolium*, historicum Etruscum allegant Antiquitates Etruscae a Curtio Inghiramo confictae, *Ennium Montanum*, nostrum sine dubio poetam innuentes, a montibus Calabris Montanum dictum, auctoremque tum *Comoediarum* tum operis, de *regimine reipublicae*, epistolasque ejus exhibent, *Epistolae sub Q. Curtii* nomine confictae, editae Regii Lepidi 1500. 4. Venetiis 1504, dein in bibliotheca latina *I. A. Fabricii* p. 796 — 863.

Vorsus propinas flammeos medollitus. [22])

✥

sententiose: [23])

AUCTOR AD HERENNIUM Lib. IV. Cap. 2.

Ita ut si de Tragoediis Ennii velis sententias eligere, [24]) etc.

✥

ut merito Posteris aestimatus Poeta, non modo bonus;

M. IMP. APUD VULCATIUM GALLICANUM

in Avidio Cassio:

Scis enim versum a bono poeta dictum.

✥

sed optimus etiam et summus,

M. TULLIUS Lib. I. DE ORATORE Cap. 45.

Ut ille qui propter hanc Iuris Civilis scientiam sic appellatus a Summo Poeta est:

Egregie cordatus homo Catus Ailiu' Sextus.

✥

ingenio praestans;

22. Sunt versus Ennii e libro III Satirarum. Apud Hesselium p. 187.

23. *Horat.* Arte poetica. 259. *Enni In scenam missos magno cum pondere versus. Senec.* ap. Gell. XII. 2. *Quidam sunt tam magni sensus Q. Ennii, ut licet scripti sint inter hircosos, possunt tamen inter unguentatos placere.*

24. Cic. de orat. I. 34. *In quotidianis autem cogitationibus equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, qua C. Carbonem — solitum esse uti sciebam, ut aut versibus propositis quam maxime gravibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis pronunciarem. Sed post animadverti, hoc esse in hoc vitii, quod ea verba, quae maxime cuiusque rei propria, quaeque essent ornatissima atque optima, occupasset aut Ennius, si ad eius versus me exercerem, aut Gracchus, si eius orationem mihi forte proposuissem; ita, si iisdem verbis uterer, nihil prodesse; si aliis, etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem.* Auct. Rhet. ad Herenn. IV. 2. *Etenim cum possimus ab Ennio sumtum aut a Graccho ponere exemplum, videtur esse arrogantia illa relinquere et ad sua devenire.*

M. TULLIUS PRO MURAENA. CAP. 14.

Ingeniosus poeta et auctor valde bonus.

✥

utpote qui Linguam Latinam ditavit, et nova rerum finxit vocabula.

HORATIUS DE ARTE POETICA: 56.

. . . . *ego quur, adquirere pauca*
Si possem, invideor? quum lingua Catonis et Enni
Sermonem patrium ditaverit, et nova rerum
Nomina protulerit? — —

✥

Merito igitur omnis aetas eius versus [25]) est venerata,

M. IMPERATOR APUD VULCATIUM GALLICANUM *in Avidio Cassio:*

Scis enim versum a bono poeta dictum et omnibus frequentatum.

✥

et in comparandos Poetae libros prona et sumtuosa,

AGELLIUS LIB. XIIX. CAP. V.

Antiquitatem Ennianae lectionis tam fuisse studiosam innuit, *ut de veritate alicuius loci vel scripturae ambigens, libros nonnumquam summae atque reverendae vetustatis, studio precioque multo, unius versus inspiciendi gratia, conduceret.*

✥

Dissimilis in Scriptis perhibetur fuisse ab aliis sui aevi,

M. TULLIUS. LIB. III. DE ORATORE CAP. 7.

Atque id primum in poetis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum Oratoribus, quam sint inter sese Ennius, Pacuvius Attiusque dissimiles.

✥

25. Accuratissimam, amplissimamque e fragmentis Enniani ipsis haustam commentationem de Enniani styli proprietatibus, circa verba ipsa, figuras loquendi, metrum etc. nobis exhibuit *Hieronymus Columna* in edit. fragmentorum Ennii, pag. 7 — 32. edit. *Hesselii*, quae quidem ea omnino superat, quae hoc loco a *Musrula* prolata sunt. Repeti eam curassem, nisi Hesseliana editio in omnium manibus fuisset.

et stilus eius non ubique par,

M. TULLIUS ORATORE CAP. 11.

An ego Homero, Ennio, reliquis poetis, et maxime Tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur, crebroque mutarent, nonnumquam etiam ad quotidianum genus sermonis accederent, ipse numquam ab illa acerrima contentione discederem?

imo ad communem loquendi morem proxime accedens, et familiarior; ideoque neglectior;

M. TULLIUS ORATORE CAP. 11.

Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit a communi more verborum; Pacuvio, inquit alius: omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus; multa apud alterum negligentius.

Sed haec et alia talia partim Enniano saeculo sunt adscribenda;

MACROBIUS LIB. SAT. VI. CAP. III.

Nemo ex hoc viles putet veteres poetas, quod versus eorum scabri nobis videntur. Ille enim stilus Enniani saeculi auribus solus placebat, et diu laboravit aetas sequuta, ut magis huic molliori stilo adquiesceretur.

partim eorum, qui dare potiora nequibant, conviciis:

HORATIUS LIB. I. SAT. X. 53.

Nil comis tragici mutat Lucillius Attii?
Non ridet versus Ennii gravitate minores,
Quum de se loquitur, non ut maiore reprensis?

ubi Acron: *non vituperat quaedam in Attio, nec deridet Ennium, quasi non habentem gravitatem; sed ita, ut eos sese fateatur meliores esse.*

et Porphyrion: *Scripta Enniana reprehendit, ut non tamen Ennio se praeponat.*

ut inmerito notatus ab magnis Viris fuerit ob incomtiorem stilum; [26])

AGELLIUS LIB. XII. CAP. II:

Annaeus Seneca in libro XXII. Epistolarum Moralium, quas ad Lucilium composuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cethego antiquo viro fecisse hos dicit:

. . . . dictus ollis populáribus olim,
Qui tum vivebant homines atque aivom agitabant,
Flos delibatus popolei et Suada medolla

ac deinde scribit de isdem versibus verba haec: Admiror eloquentissimos viros et deditos Ennio pro optimis ridicula habuisse, et quae multa ibi sequuntur.

✥

inmerito arte rudis,

OVIDIUS LIB. II. 424. TRISTIUM:

Ennius arte rudis —

✥

et carens appelletur;

OVIDIUS LIB. I. AMOR. ELEG. XV. v. 19.

Ennius arte carens —

✥

inmerito versus eius difficilior clametur.

CODRUS URCEUS: [27])

Non versus Enni difficilis placet.

✥

Quorum sinistris de praestantissimo poeta iudiciis dementata Posteritas versibus eius haud multum est delectata:

26 Huc pertinent verba *Quintiliani* Inst. orat. X. I. 88. *Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua robora, iam non tantam habent speciem, quantam religionem. Vitruvii* IX. 3. *Itaque, qui literarum iucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere, sicuti Deorum, sic et Ennii Poetae simulacrum.*

27. *Antonius Urceus Codrus*, Prof. eloq. Bononiensis, mortuus a 1500. Opera eius prodierunt Bonon. 1502. fol. cura Platonidis, Venet. 1506. f. Parisiis ap. Io. Petit. 1515. 4. Basileae ap. Henr. Petri. 1540. 4.

SENECA Lib. III. DE IRA, Cap. 37.

Non aequis quemdam oculis vidisti, qui de ingenio tuo male loquutus est. Recipis hanc legem? Ergo te Ennius, quo non delectaris, odisset: et Hortensius simultates tibi indiceret; et Cicero, si derideris carmina eius, inimicus esset.

✥

adeo ut usus multa paullatim eius verba neglexerit;

SENECA Epist. 58.

Non id ago nunc hac diligentia, ut ostendam quantum tempus apud Grammaticum perdiderim, sed ut ex hoc intelligas, quantum apud Ennium et Attium verborum situs occupaverit: quum apud hunc quoque, qui quotidie excutitur, aliqua nobis subducta sint.

✥

et, monstratis politioribus, ut vocabantur, mundiciis respuerit:

MACROBIUS Lib. I. Cap. IV:

Ennius, nisi, cui videtur inter nostrae aetatis politiores mundicias respuendus, etc.

✥

toto Ennio paullatim vilescente;

ANTICLAUDIANUS [28]) Libro. I. 165.

Illic pannoso plebescit carmine noster
Ennius, et Priami fortunas intonat; — —

✥

sortito denique inter Poetas Veteres postremum locum, pravissimo imi subsellii Senatoris suffragio.

VOLCATIUS SEDIGITUS *libro de Poetis apud Agellium lib. XV. cap. XXIV:*

Moltos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poetae Comico quoi deferant;
Eum, me iudice, errorem solvam tibi,
Ut contra si quis sentiat, nil sentiat.

28. Opus *Alani de Insula*, Scoti, qui obiit anno 1294, die 30 Ian. aetat. suae CXVI. Conf. *Polycarpi Leyseri* historia poetarum medii aevi. p. 1012 sqq.

Caecilio palmam statuo de Comico;
Plautus secundus facile exsuperat ceteros;
Dein Naevius, qui fervet, pretio in tertio est;
Si quid quarto detur, dabitur Licinio;
Post insequi Licinium facio Attilium;
In sexto consequitur hos Terentius;
Turpilius septimum; Trabea octavum obtinet;
Nono loco esse facile facio Luscium;
Decimum addo Antiquitatis caussad Ennium.

✿

Neque haec praetereunda: quod poeta primus Auctor fuerit geminandi Litteras; [29])

FESTUS *in Solitaurilia:*

Nomen Solitaurilia per unum L enunciari, non est mirum. quia nulla geminabatur littera in scribendo. quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, utpote Graecus Graeco more usus.

✿

quod Graecis litteris Latinas substituens V pro Y; F. usurparit pro φ;

M. TULLIUS ORATORE. CAP. 48.

Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum;
Ut patefecerunt Fruges,

non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Graecam litteram adhibebant.

✿

quod semel tantum hiarit in versu faciendo;

M. TULLIUS ORATORE. CAP. 45.

Sed Graeci viderint. nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere voces conceditur. Indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis; indicant omnes poetae, qui ut versum facerent, saepe hiabant, ut Naevius:

Vos qui accolitis Histrum fluvium, atque Algidum,

29 Ennium et Acrostichides versibus suis inseruisse, auctor est *Cicero* de divin. II. 54. *Ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur, ut in quibusdam Enniánis.*

et ibidem:

Quam nunquam vobis Graii atque Barbari.

At Ennius semel:

Scipio invicte . . . . . .

quod denique *Isdem* pro *Eisdem* dixerit; et similia.

M. TULLIUS ORATORE. CAP. 47.

Idem campus habet . . . . .

inquit Ennius; et:

In templis Isdem

probavit, at eisdem erat verius, nec tamen eisdem opimius, male sonabat, iisdem.

Scripsit etiamnum, quum ageret annum LXVII. Nam eo tempore librum *duodevicesimum* (sic enim apud Agellium legendum) superioribus XVII. addidit.

AGELLIUS LIB. XVII. CAP. XXI:

Q. Ennium, quum septimum et sexagesimum annum ageret, duodecimum Annalem scripsisse: idque ipsum Ennium in eodem libro dicere, tradit M. Varro in primo de Poetis libro.

Nimio potui indulgens, [30])

Q. SERENUS SAMMONICUS CAP. 34. *de Podagra:*

Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores

Podagra laboravit.

ENNIUS INC. LIBRO AP. PRISCIAN. ET HESSEL. P. 332. DE SE:

Numquam poetor, nisi podager —

Tandem senio confectus,

30. Sic et Horat. Epist. I. 19. 7. *Ennius ipse pater nunquam, nisi potus ad arma Prosiluit dicenda.*

ENNIUS DE SE LIB. XVIII. ANNALIUM:

Sic ut fortis equus, spatio qui forte supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

Equi fortis, inquit M. Tullius de Senectute cap. 5., *et victoris senectuti comparat suam.*

✥

septuagenario maior, articulari morbo [31]) periit:

EUSEBIUS IN CHRON. AD ANNUM QUARTUM OLYMP. CLIII:

Ennius Poeta, septuagenario maior, articulari morbo perijt.

✥

anno ab V. C. DXXCIV. Q. Marcio Philippo iterum et Cn. Servilio Caepione Coss.

M. TULLIUS BRUTO CAP. 20.

Q. Marcio, Cn. Servilio Coss. mortem obiit Ennius.

M. TULLIUS DE SENECTUTE, CAP. 5.

Ille autem, Caepione et Philippo iterum Consulibus, mortuus est.

✥

inter secundum et tertium bellum Punicum.

SUETONIUS DE INLUSTR. GRAMMAT. CAP. II:

Primus, quantum opinamur, studium Grammaticae in urbem intulit Crates Mallotes, Aristarchi aequalis, qui missus ad Senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, etc.

✥

Sepultus autem putatur apud Scipiones,

OVIDIUS III. 409. DE ARTE AMANDI:

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,

31. Conf. *Geo. Franci de Frankenau* Diss. de morbo Q. Ennii sive podagra ex vino. Wittemb. 1694. 4.

Contiguus poni Scipio magne tibi.

✥

via Appia, intra primum ab Urbe lapidem.

EUSEBIUS IN CHRONICIS:

Sepultus est in Scipionis monimento via Appia, intra primum ab Urbe, miliarium.

✥

Quidam in patriam ossa translata scribunt.

EUSEBIUS IN CHRONICIS:

Quidam eius ossa Rudias ex Ianiculo translata adfirmant.

✥

Certe statuam meruit e marmore in Scipionum sepulcro; [32])

M. TULLIUS PRO ARCHIA POETA CAP. 9.

In sepulcro Scipionum putatur Ennius esse constitutus, e marmore.

✥

volente id Africano priore:

SOLINUS CAP. VI:

Africanus prior Q. Ennii statuam imponi sepulcro suo iussit.

✥

adstitutis et sua et L. Scipionis.

LIVIUS LIB. XXXVIII. CAP. 56.

Romae extra portam Capenam in Scipionum monimento tres statuae sunt, quarum duae P. et L. Scipionum dicuntur esse; tertia Poetae Q. Ennii.

✥

In animo scilicet et oculis gestabat Vir magnus maxime Poetae amicissimam secum consuetudinem,

C. PLINIUS NATUR. HIST. LIB. VII. CAP. XXX.

Prior Africanus Q. Ennii statuam sepulcro suo

32. Monumentum Scipionum iterum detectum, absque tamen Statuis. Conf. Monumenti degli Scipioni publicati dal Cavaliero *Francesco Piranesi*. Rom. 1785. Cum tabb. aen. VI.

imponi iussit, clarumque illud nomen, imo vero spolium ex tertia orbis parte raptum, in cinere supremo eum poetae titulo legi.

✥

et partam suo nomine tanti Vatis ingenio aeternitatem.

VALERIUS MAXIMUS Lib. VIII. Cap. XV:

Superior Africanus Ennii poetae effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit; quod ingenio eius opera sua inlustrata iudicaret: non quidem ignarus, quamdiu Romanum imperium floreret, et Africa Italiae pedibus esset subiecta, totiusque terrarum orbis summum culmen arx Capitolina possideret, eorum exstingui memoriam non posse: si tamen litterarum quoque lumen illis accessisset, magni aestimans.

✥

Epitaphium sibi vivens Poeta scripsit.

ENNIUS *apud M. Tullium Tusc. I.* 15. 49.

Adspicite, o Civeis, senis Enni, imaginis formam
Hic vostrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumeis decoret, nec founera fletum
Faxit: quom volito doctus per ora virum.

✥

Talis et tantus fuit Ennius, cuius in mille etiam partes discerpti [33]) fama numquam interbit.

OVIDIUS Lib. I. AMOR. Eleg. XV:

Casurum nullo tempore nomen habet

✥

33. Saeculo decimo tertio adhuc superfuisse integra Ennii et Naevii carmina, evicit *A. G. Cramer* Hauschronick p. 223., indicans Codicem MS. Statii in bibliotheca Sacrae Metropolitanae ecclesiae Pragensis ad D. Vitum. „Hinter einen Statius, den der Abschreiber mit dem Stossseufzer beschliest: *Scriptori pro penna detur formosa puella*, befindet sich ein Bücherverzeichniss aus dem 13ten Iahrhunderte, in welchem noch ein *Ennius* und *Nevius* erwähnt wird, und möchte das wohl die letzte Spur seyn."

Quocum conspirat locus ex *Alani* Anticlaudiano supra excitatus, e quo patet, Alanum Ennii carmina integra adhuc vidisse.

Inmortalitatem sane suorum Operum ipse libro Annalium primo [septimo] est auguratus

ENNIUS *de suis scriptis* [34]):

Nam Latii popoli Res, atque Poemata nostra
Cluebunt . . . . . .
Aeternum: quod tibi precor magne Vates!

34 Immo de Naevii scriptis, nec vero de suis ipsius.

II.

NOTITIA, QUAM VOCANT, LITERARIA.

Ludovicus Vives primus fuit, qui de colligendis Ennii fragmentis cogitavit, ut ipse dicit in notis ad Augustin. de civit. Dei. II. 21. (Basileae ap. Io. Froben. 1522. fol.)

* * *

1564.

Primam omnium fragmentorum, exceptis, quae soluta oratione ex Evemero servata, collectionem invenire licet in *Roberti* et *Henrici Stephani fragmentis veterum poetarum latinorum*, Parisiis in forma octava editis, pag. 77 — 136. Mancam illam atque imperfectam collectionem, mirum est, quod repetierunt Editores *Corporis omnium poetarum latinorum*, anno 1611. 1617. 1627. 1640.

1572.

Sola *Epigrammatum* et *Phageticorum* Ennii fragmenta exhibet P. Virgilii Maronis Adpendix. Accedunt *Iosephi Scaligeri* in eandem commentarii et castigationes. Lugduni ap. Guil. Rovillium. 1572. in forma octava, recusa 1575. 1595. 1617.

1575.

Virgilii Adpendix cum Ios. Scaligeri commentariis. Antverpiae ex officina Christophori Plantini in folio. Insunt fragmenta *Epigrammatum* et *Phageticorum* Ennii.

1590.

Accuratiorem multoque pleniorem omnia Ennii fragmenta, illa etiam, quae ex Evemero nobis restant, complexam, nobis exhibuit nobilissimus *Hieronymus Columna*, sub titulo: *Q. Ennii poetae vetustissimi, quae supersunt, fragmenta conquisita, disposita et explicata ad Ioannem filium. Superiorum permissu. Neapoli ex typographia Horatii Salviani.* clo. lo. xc. 500 pagg. forma quarta maxima. Ob insignem raritatem recusa est a. 1707 curante *Francisco Hesselio.*

Commentarius accedit luculentissimus et abundans. Optimi interpretis laudem in illustrandis fragmentis Ennianis, ope locorum parallelorum, indicatis non solum auctoribus Graecis, e quibus poeta colores suos desumsit, sed et posterioribus Romanis, qui ex Ennio hauserunt, suaque inde depromserunt, Hieronymus Columna certe meruit; in revocandis tamen Annalium ad certum locum fragmentis minus felix, cum temporum rationem, quatenus illa ab historia lucem accipiant, fere neglexerit. Lectu dignissima Ennii vita ab eo conscripta, in qua editor de poetae Styli proprietate circa verba ipsa, figuras dicendi, metra etc. doctissime egit.

Eodem anno prodierunt fragmenta *Epigrammatum* et *Phageticorum* sola in *Petri Pithoei* Epigrammatum veterum collectione, Parisiis in 12., repetita 1596.

1593. 1594.

Fragmenta *tragoediarum* Ennii iterum, post Stephanos collegit, emendavit et illustravit *Mart. Anton. Delrio*, in *Syntagmate tragoediae latinae.* Tom. I. (fragmenta veterum tragicorum, opinationes in eadem.) Antverp. ap. Plantin. in forma quarta. Recusa Parisiis 1607. et 1619 vel 1620.

1595.

Accuratissimam, plenissimamque ex *Annalibus* fragmentorum editionem hoc anno curavit *Paulus Merula, Georgii filius, Pauli Nepos*, ICtus, sub titulo:

Q. Enni, poetae cum primis censendi, Annalium Libb. XIIX, quae apud varios Auctores superant, Fragmenta: conlecta, composita, inlustrata ab Paullo G. F. P. N. Merula, qui eadem fixit, dicavit, sacravit S. P. Q. Dordraceno. L. M. Lugduni Batavorum, ex officina Ioannis Paetsii, et Ludovici Elzevirii. Anno cIↃ IↃxcV. pagg. *vcI* (praefatio, vita, elogia), DCXXXII (p. I — XL. textum Ennii, reliquae commentarium exhibent) et foll. 12 (indices). In fine legitur: *Lugduni Batavorum typis Ioannis Balduini Anno cIↃ IↃ xcV.* Liber in forma quarta excusus.

Bene de hac editione iudicat *Planckius.* „Fragmenta, ait, ex Annalibus solis expressa sunt, ac profecto novam poetae nostri textus recensionem hic liber incepisse videri potest. Sermo antiquus summa cum cura (*sed pace Planckii dixerim, multis hariolationibus admissis*) e schedis Grammaticorum, aliorumque auctorum, quae passim obveniunt, animadversionibus redditus est. Multa in Annalibus accesserunt, quae apud Columnam desiderantur, quaeque Merula, magno satis apparatu critico adiutus, auctori Ennio (*et Annalibus, addam*) restituit. In subsidiis,

quibus ad textum critice emendandum, fragmentaque nova inserenda ipse se usum esse in praefatione fatetur, primum sibi locum vindicat *Calpurnii Pisonis MS. de continentia veterum poetarum ad Traianum principem tractatus*, quem in bibliotheca regia Parisiensi vidit, et excerpsit. (Cum Lucani MS. coniunctus fuit, inde a temporibus *Caspari Barthii* amissus, ut testis eius epistola ad *Chr. Daumium* in Miscellan. Lips. Nov. Tom. VIII. p. 868.) Deinde *Glossarium Graeco latinum MS.*, quod a *Guil. Fornerio* ICto acceperat. Tertio denique loco accessit *Servius*, Virgilii interpres, MS. *Petri Danielis*. — Vita Ennii praefixa est, ad auctorum veterum testimonia conscripta. Sequitur commentarius amplissimus, in quo non solum id sibi proposuit auctor, ut historiam rerum Romanarum integram Ennianis versibus adponeret, (*ope eius, addam, ipsa fragmenta ad certas sedes revocaret, illustraretque*) verum etiam, ut data occasione, aliorum quoque veterum auctorum fragmenta et primus in lucem proferret, et emendaret, illustraretque. Quae doctrinae liberalitas admodum sane editionis huius pretium auxisse recte iudicatur. Pauca tantum invenimus, quae notatione critica indigerent, quale illud, quod in quarto Annalium libro legitur: *Ova parire solet genus pennis condecoratum. Inde venit pullis divinitus insinuans se Ipsa anima*, quodque, non ex Annalibus, sed ex Epicharmo esse, Varronis verba declarant. Ex incerto Annalium p. XXXV. citantur: *Propter stagna, ubi lanigerum genus piscibu' pascit*, quae ad Sotadicum Ennium referenda sunt, ut patet e Festo sub *Cyprio*. et p. XXXVI. *In lustris sublimiter* etc. quae ex Hectoris Lustris (tragoedia Ennii) depromta sunt. Ibidem delenda est vox *Septemtrio*, quae tamquam Ennii frustillum in textu legitur; sed est Festi, qui aliud fragmentum ex eiusdem poetae Iphigenia laudat: *superat temo stellas*. „Hactenus *Planckius*: plures tamen errores Merulam commisse tum in adornandis, tum in exhibendis fragmentis, repetita mea editio docebit. Obiter notem quaedam. Pag. I. et VI. male disiunxit versus cohaerentes. *Septingenti sunt paullo plus vel minus anni Augusto augurio postquam inclutа condita Roma est.* Pag. II. nobilissimos versus: — *scripsere alii rem* et qui sequuntur, invito Cicerone ad primum Annalium librum refert, cum pertinere debeant ad septimum; pag. IX. versus: *o Romule, Romule* primo, nec vero secundo Annalium libro adscribendi erant; p. XXI. ordo perturbatus in reconcinnando libro octavo Annalium; pag. XXXII. libro duodevicesimo res gestae haud assignantur, sed sola narratio de vita poetae, quod falsum est; p. XXXIII — XL. fragmentis incertis inferuntur hinc inde singulae voces, tanquam ex Annalibus petitae, nulla quidem ratione id suadente, immo metro reluctante; p. DCXXX, versus

infertur: *Buteo, Sanqualis, Immusculus, Aquila, Voltur*, quem ad Phagetica Ennii pertinere, recte vidit Columna; p. DCXXXI. versus Horatii — *forum putealque Libonis Mandabo siccis, adiiam cantare severis*, quamvis dubitanter Ennio adscribitur, cum tamen forum putealque Libonis seriore aevo exstructum sit. Conf. *F. C. Conradi* Commentationem de puteali Scribonii Libonis, in Parergis Lib. III. n.II. — Pag. eadem reiicit Ennii versum: — *huius nata auspiciis illa incluta Roma*, ut spurium, dum re vera Ennii sit, etc. Nihil dicam de perversis quibusdam lectionibus, quibus induci se passus est in constituendo Ennii textu.

Eodem anno prodierunt fragmenta *Epigrammatum* et *Phageticorum* in: *P. Virgilii Adpendix. Acc. Ios. Scaligeri castigationes et commentarii aucti, curante Frid. Lindenbruch, cuius et notae additae.* Lugd. Bat. ap. Rapheleng. 1595; forma octava.

1596.

Epigrammata et *Phagetica* in *Pithoei* Collectione epigrammatum. Ed. II. Genev. ac Lugd. in 8.

1607.

Fragmenta *tragoediarum* in repetita *M. Delrionis* syntagm. editione. Paris. 1607. 4.

1611.

Fragmenta omnia, excepto Evemero, e Stephanorum recensione, in *Corpore omnium veterum poetarum latinorum.* Aurel. Allobrog. ap. Crispinum. Editio secunda. 1611. 4. p. 5 — 13.

1616.

Eadem fragmenta ex eadem recensione in *Alex. Ficheti Choro poetarum lustrato et illustrato.* Lugdun. 4.

1617.

Fragmenta *Epigrammatum* et *Phageticorum*, in: *Catalecta Virgilii et alior. poetar. latin. vet. poematia, cum comm. Ios. Scaligeri et not. Lindenbruch. L. B. ap. Rapheleng.* 1617. 8.

1619 vel 1620.

Fragmenta *tragoediarum* in repetita *M. Delrionis* Syntagm. editione, Paris. ap. L. Billaine. 1619. 1620. 4.

1620.

Fragmenta *tragoediarum* post *Delrionis* curas iterum recensuit, castigavitque *Petrus Scriverius*, in libro: *Collectanea veterum Tragicorum, L. Livii Andronici, Q. Ennii, Cn. Naevii* etc. *aliorumque fragmenta, et circa ipsa notae breves. Quibus accedunt singulari libello castigationes et notae uberiores Gerardi Ioannis Vossii. Lugd. Bat. ap. Ioann. Maire.* CIↃ.

ioc, xx. in forma octava. Liber rarissimus et ob magni Vossii castigationes inprimis aestimandus.

1627.

Fragmenta omnia, excepto Evemero, sed secundum Stephanorum recensionem in *Corpore vet. poet. latinor.* Aurel. Allobr. ap. Crispinum. 4.

1640.

Eadem in repetita Corporis istius editione. Ibid.

1659.

Annalium fragmenta ex Merulae recensione, italice versa in *Bernardi Philippini Opusculis*, Romae anno 1659, in forma octava excusis. Ibi et inde a pag. 724 — 757. Ennii versus, quos imitatus est Virgilius, collati sunt cum Maronis versibus, teste *Fabricio* in bibl. Lat.

Librum rarissimum per totam fere Germaniam quaesivi, sed hactenus frustra. Ut mihi communicetur per librarios, quibus editionem hanc meam mandavi, summopere flagito viros doctos.

1686.

Spicilegium fragmentorum quorundam Ennii et aliorum, a viris doctis praeteritorum vel minus emendate editorum proposuit *Theod. Ianssen. ab Almeloveen* in libro: *Opuscula sive Antiquitatum e sacris profanarum specimen, Coniectanea, veterum poetarum fragmenta et plagiariorum syllabus. Amstelaedami apud Ianssonio-Waesbergios. cio iocLxxxvi.* Octavo. Exhibentur paucula p. 170 — 174.

1707.

Q. Ennii poetae vetustissimi fragmenta, quae supersunt, ab Hieronymo Columna conquisita, disposita et explicata ad Ioannem filium. Nunc ad editionem Neapolitanam cio ioxc. recusa, accurante Francisco Hesselio, I. C. et in ill. Roterod. Athenaeo hist. et eloq. prof. Accedunt praeter eruditorum virorum emendationes undique conquisitas, M. A. Delrii opinationes, nec non G. I. Vossii castigationes et notae in fragmenta tragoediarum Ennii; ut et Index omnium verborum Ennianorum. Amstelaedami ex officina Wetsteniana. cio iocc vii. 454 pagg. in quarto min. Probo iudicium *Planckii* de hac editione, quocum conspirat *Ebert* bibliogr. Lexic. T. I. p. 528. „Textus, ait, ad fidem Columnae expressus, huiusque editionis paginae margini adscriptae sunt. Vossii castigationes, Delrii opinationes, aliorumque virorum eruditorum notas in extremo libri Hesselius adiecit, nec tamen ea, qua par fuit, diligentia ac studio conquisitas, ita ut saepe leviora recepta, quae contra gravioris essent momenti, omissa sunt. Sequitur deinceps omnium Ennii verborum index,

qui eidem Hesselio debetur, ac quem in summis iteratae huius editionis laudibus ferre mallem. Annales ex Merulae recensione, sed absque notis, finem operis faciunt."

1713.

Omnia fragmenta Ennii, excepto Evemero, recusa in *Corpore poetarum latinorum, curante Maittairio.* Londini ap. Io. Nicholson. fol. Vol. II. p. 1458 — 70. Annales ex textu Merulae, reliqua ex Columnae editione, absque tamen notis, expressa.

1749.

Phagetica et *Epigrammata*, cum multis adnotationibus virorum doctorum, recusa in *P. Burmanni Anthol. Epigr. lat. Amstelod.* 4. Vol. I.

1766.

Fragmenta omnia, excepto Evemero, — in *Collect. omn. poëmat. Pisaurensi.* Tom. IV. p. 264 — 87, ex Maittairio.

1780.

Phagetica sola, cum notis pereruditis, edita in *I. G. Wernsdorfii* Poet. Lat. minorib. Tom. I. p. 187. Altenburgi. 8.

1806.

Q. Ennii Medea commentario perpetuo illustrata cum Fragmentis, quae in Hesselii, Merulae, aliisque huius poetae editionibus desiderantur. Accedit disputatio de origine atque indole veteris tragoediae apud Romanos. Auctore Henrico Planck Phil. Dr. (Prof P. O. theol. Gottingens.) *Goettingae.* 1806. pagg. 134. quart. Exhibentur Index editionum Ennii p. 1 — 7. tum fragmenta e tragoedia Medea pag. 74 — 102. Sequitur *spicilegium* amplissimum *fragmentorum, quae in anterioribus collectionibus desiderabantur*, a p. 102 — 134. (Censuras editionis videas in Ien. Lit. Zeit. 1807. nro. 119. Leipz. Lit. Zeit. 1807. nro. 97. Heidelb. Iahrb. 1808, fasc. III. p. 372.)

1816.

Fragmenta *Medeae*, et *Hecubae* tragoediarum iterum collecta atque emendata, tum cum Euripideis comparata, docteque de Medea ipsa disserens, nimis tamen acerbus adversus Planckium exhibet *Fridericus Osannus* in *Analectis criticis poesis Romanorum scaenicae reliquias illustrantibus.* Berolin. 1816. 8. cap. VI. VII. inde a pag. 106 — 140.

1823.

Fragmenta *tragoediarum* iterum castigavit, ad metri leges revocavit, notisque criticis instruxit Fridericus Henricus *Bothe* in edit. *Poetarum Latii scenicorum. Volumine V.* inscripto: *Poetarum Latii scenicorum fragmenta. Pars prior, quae continet frag-*

menta Tragicorum. Halberstadii 1823. 8. Insunt Ennii inde a pag. 22 — 78.

Pro fundamento libri sunt *P. Scriverii* Collect. vet. tragicor. Mirum, quod omiserit editor fragmenta, post Planckium detecta. En ea: I. *Consentius* in Arte de barbarismis. Berolin 1817. 8 haec habet: *Poetae faciunt metaplasmos, cum ipsi scripturam relinquunt corruptam, ut est: Relliquias Danaum, — addit enim unam literam L per metaplasmum. Item contra, sicut Lucilius: Ore corupto, demsit enim unam literam R per metaplasmum. Et Ennius: Huic statuam statui maiorum et ab otu Athenis, et hic quoque per metaplasmum demsit literam R.* In quo loco *Heinrichius* legit: Huic et statuam statui maiorum arbitratu Athenis. Forte legendum: Huic statuam statui maiorem et ad Otum (pro *Ortum* sc. Solis) *Athenis.* II. Ex Iphigenia Ennii citant Virgilii interpretes a Maio editi: *Gradum proferre! Pedum nitere! Cessas, o fid***** III. Ex eadem fabula, ut videtur, allegat Cicero de re publica. I. 18. ed. Heinrichsii: *Astrologorum signa in coelo quaesit, observat Iovis Cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod beluae Quod est ante pedes, nemo spectat, coeli scrutantur plagas.* IV. *Fronto* Epist. ad Caesar. L. II. p. 79. ed. Maii ex Ennio citat: *Omnes dant consilium vanum.* V. Insuper quaedam Ennio vindicat *Beier* ad Officia Ciceronis I. 25. 28. II. 6. — Obiter moneo, tragoediam Medeam centone Virgiliano contextam (p. 289. Bothii) iamdudum integram legi in *Burmanni* Anthologia latina.

1824.

Comoediarum Ennii fragmenta idem collegit *Bothius*, illustravitque, parte posteriore Volum. V. operis laudati. p. 6 — 9.

* * *

SCTIPTA ENNIUM ILLUSTRANTIA.

1672.

Caspari Sagittarii, Lunaeburgensis, commentatio de vita et scriptis Livii Andronici, Naevii, Ennii, Caecilii Statii, Pacuvii, Attii, Attilii, Lucilii, Afranii, M. Porcii Catonis. Altenburgi. M. DC. LXXII. 8. pagg. 110.

1694.

Geo. Franci de Franckenau dissertatio de morbo Q. Ennii, sive podagra ex vino. Witteb. 1694. 4.

1701.

Domenich. d' Angelis della patria d' Ennio dissertazione. In Roma 8; recusa Neapoli 1712. 8.

1707.

Henningii Forelii diatribe de Ennio. Upsaliae. 1707. 8.

1754.

Wilh. Fried. Kreidmanni oratio de Q. Ennio. Ienae 1754. 4.

1755.

Christ. Crameri diss. sistens Horatii de Ennio effatum. Ien. 1755. 4.

1762.

Chr. Guil. Kuestneri chrestomathia iuris Enniana sive loci ius Romanum illustrantes ex Ennio. Lips. 1762. 8.

QUINTI ENNII

ANNALIUM

LIBRORUM XVIII

FRAGMENTA.

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER PRIMUS.

(USQUE AD ANN. XXXVIII POST URBEM CONDITAM.)

1 Horrida Romuleûm certamina pango duellûm;
* Musae, quae pedibus magnum pulsatis Olumpum,

Series poematis: — 1. Exordium fecisse poetam a propositione, scilicet, quod Romanorum bella canere vellet, e Calpurnio Pisone palam est. — 2. 3. Invocasse eum Musas, ut

1. *Horrida* — *L. Calpurn. Piso* de continent. vet. poet. (apud Merulam) L. I. de artificiosis eorum exordiis: *Promittit omnia ad suam usque aetatem heroice Ennius*: *Horrida Romulei certamina pango duellum.* Scribendum igitur aut *Romuleum* aut *duelli*; illud malui, non enim unum bellum scripsit Ennius. MERULA. *Certamina Romuleûm duellûm* i. e. Romanorum bellorum (sic *Duellona* pro *Bellona* ap. Varr. de L. L. VI.) Lucret. I. 476. II. 5. *belli certamina magna*, et libro IV. 841. *certamina pugnae*. Virg. Aen. X. 146. *duri certamina belli.*

2. *Musae, quae pedibus* — *Serv.* ad Virgil. Aen. XI. 660. *Ennius ad Musas, quae pedibus magn. pulsatis Olympum. Varro* L. L. VI. supresso auctoris nomine: *Musae quae p. m. p. O. Coelum dicunt Graeci Olympum, montem eum in Macedonia omnes, a quo potius puto dictas Musas Olympiadas.* — De modo scribendi Enniano *Olumpum* vid. Cicer. locum ad Annal. V. 4.

* *Musae*, quas memorant Casmoenas esse *Latini*,

Lunaï portum est operae cognoscere, cives!

* *In somnis ibi* visus Homerus adesse poeta;

---

coeptui adnuerent, arguit Varro de re rust. I. 1. *Et quoniam dei facientes adiuvant, prius invocabo, eos, nec, ut Homerus et Ennius, Musas, sed XII deos Consentes.* — 4. 5. 6. Id consilium, scilicet ut res gestas Romanorum per carmen celebraret, per

3. *Musae, quas* — *Varro* ibid. *At quas memorat nosse vos esse Casmenas. Casmenarum priscum vocabulum, ita natum atque scriptum est; alii Carmentae ab eadem origine sunt declinatae.* Ioseph. Scaliger emendavit versum Ennii, sicut eum excudi curavit Merula. Calpurnius Piso ap. eund. testatur, *plerosque in Camoenis pingendis quarto quintove loco vocalem simplicem notasse, unum Ennium quinto duplicem*; i. e. plerosque *Casmenas* vel *Camenas*, Ennium solum *Casmoenas* scripsisse. *Musae* sc. ferte opem.

4. *Lunai portum* — *Pers.* Sat. VI. 9. *Lunai p. e. o. cogn. cives Cor iubet hoc Enni postquam destertuit esse Maeonides Quintus pavone ex Pythagoreo.* Ad priorem versum Scholiastes: *Hunc versum ad suum carmen de Ennii carminibus transtulit. Sic enim Ennius ait in Annalium suorum principio* etc. (vide supra.) Idem ad eiusdem satyrae initium: *Sed eum* (Caesium Bassum) *dicit Persius apud Liguriam fuisse in loco, ubi portus naturali flexu curvatus fluxus in se recipit, qui propter curvationem portus Lunae vocatur. Cuius etiam meminit Ennius in principio Annalium suorum, hoc versu, quem etiam Persius carminibus suis iunxit, qui Ennius hoc scripsit, dum se somniasse in Parnasso dixisset, et visam Homeri animam secundum Pythagorae dogmata per aliorum corpora ad se venisse.* E MS. Merulae. Anno U. C. 555. M. Porcius Cato ex Sardinia Ennium Romam secum duxit, unde verisimile est, ibi illum paullulum commoratum esse, cum in Italiam traiecisset, ibique Ennium somniasse, consiliumque de scribendis Romanorum bellis cepisse. — *operae* sc. pretium.

5. *visus Homerus. Cicer.* Academ. IV. 16. *Eadem ratio est somniorum. Num censes, Ennium, quum in hortis cum Ser. Galba vicino suo ambulasset, dixisse: visus sum mihi cum Galba ambulare. Aut quum somniavit, ita narravit:* — *visus H. a. p.* Ibidem; *Dormientium et vinolentorum et furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quam vigilantium, siccorum, sanorum: quo modo? quia*

* Hei mihi! qualis erat! quantum mutatus ab illo!

. . . . . *in Parnasso*

somnium cepisse, poeta narrat. Cum enim portum urbis Lunae in Liguria frequentasset, dormienti ibi visum est, somniasse se in Parnasso, ibique vidisse Homerum, sibi dicentem, fuisse se quondam pavonem, et secundum dogma Pythagoreum ex eo translatam in se animam esse, ita ut eodem iure poeta bella Romanorum caneret, quo Homerus bellum cum Troianis. Somnium illud decantatissimum in principio Annalium enarrasse poetam evincunt Scholiastes ad Pers. Sat. VI. 9. *Sic enim ait Ennius in Annalium suorum principio, ubi se dicit vidisse in somniis Homerum, dicentem, fuisse se quondam pavonem et ex eo translatam in se animam esse, secundum Pythagorae philosophi definitionem, qui dicit, animas humanas exeuntes in alia posse corpora transire.* Scholiast. Cruq. ad Horat. p. 694. *Ennius in principio Annalium somnio se scripsit admonitum, quod secundum Pythagorae dogma anima Homeri in suum corpus venisset.* Fronton. Epist. ad M. Caesar. T. I. p. 45. ed. Mai. *Transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais, ex somno et somnio initium sibi fecisse.* — 7 — 14. Pergit poeta in enarrando

cum experrectus esset Ennius, non diceret se vidisse Homerum, sed visum esse. Idem in somn. Scip. s. de republ. L. VI. 10. *Hic mihi (credo equidem ex hoc, quod eramus locuti: fit enim fere, ut cogitationes — nostrae pariant aliquid in somno tali, quod de Homero scribit Ennius, de quo videlicet saepissime vigilans solebat cogitare) Africanus se ostendit.* Virgil. Aen. II. 270. *In somnis ecce ante oculos moestissimus Hector Visus adesse mihi,* Ennium manifeste exscripsit.

6. *Hei mihi — Serv.* ad Virg. Aen. II. 274. denotat versum esse Ennianum. — *qualis erat!* nempe spectrum. — *quantum mutatus ab illo!* scilicet in poetam. Conf. Persium in prolog. Sat.

7. *in Parnasso. Pers.* Sat. prol. *Nec fonte labra prolui caballino Nec in bicipiti somniasse Parnasso Memini, ut repente sic poeta prodirem;* ubi Scholiastes. *Tangit autem Ennium, qui dicit, se vidisse per somnium in Parnasso Homerum, sibi dicentem, quod eius anima in suo esset corpore.* Istius somnii meminerunt praeter Cornutum non pauci. Varius omnino apud omnes transformatores ordo: Tertulliano libro de resurrectione carnis hac serie recensentur, Euphorbus, Pythagoras,

. . . . . *Acherusia templa,*
Quo neque permanent animae, neque corpora nostra
Sed quaedam simulacra modis pallentia miris.
Inde mihi species semper florentis Homeri

somnio. — 14. Homerus memorat, animam suam in pavonem transmigrasse, tum in Ennii corpus.

Homerus, pavus, Ennius; Cornuto: Pythagoras, pavo, Euphorbus, Homerus, Ennius; Luctatio Placido ad Thebaid. Statii V., Euphorbus, Pythagoras, pavo, Homerus, Ennius. Variant, vide, et omnes faciunt Pythagoram Homero antiquiorem. Certe ubique in somniculosa hac animarum migratione Ennius est *quintus*; unde etiam Cornuti somnium, qui ad verba Persii: *Cor iubet hoc Ennii, postquam destertuit esse Maeonides, Quintus pavone ex Pythagoreo*; monet: *Ideo Quintus dixit, propter eam opinionem, quae dicit, animam Pythagorae in pavonem translatam, de pavone vero ad Euphorbum, de Euphorbo ad Homerum, de Homero ad Ennium.* Atqui Quintus ibi non numeri vox, sed praenomen Ennii. Merula. Somnium illud bis ab Ennio narratum esse, evincere videtur fragmentum eiusdem poetae ex Epicharmo ap. Cic. Acad. IV. 16. *Nam videbar somniare ego, med esse mortuum.* Nescio an huc pertineat aliud effatum in Cic. de divinat. II. 61. *Aliquot somnia vera, inquit Ennius, sed omnia, non est necesse.* Ultimum locum respexit Horat. Epistol. II. 1. 10: *Ennius et sapiens et fortis et alter Homerus, Ut critici dicunt, leviter curare videtur, Quo promissa cadant et somnia Pythagorea.*

8—13. *Acherusia — dictis.* Lucret. I. 121. *Etsi praeterea tamen esse Acherusia templa, Ennius aeternis exponit versibus edens, Q. n. p. a. n. c. n. S. q. s. m. p. m. Unde sibi exortam semper florentis Homeri Commemorat speciem, lacrimas effundere salsas Coepisse et rerum naturam expandere dictis.* Quorum potiorem procul. dubio partem mutuatus ille ex Ennio, secundum Columnam et interpretes Lucretii.

8. *Acherusia templa* — Ennius in Andromacha: *Acherusia templa, alta Orci, salvete infera.* Ap. Varron. L. L. VI.

10. *simulacra modis pallentia miris.* Hemistichium suum fecit Virgil. Georg. I. 478. Conf. et Aen. I. 357. VII. 89. X. 822.

11. *semper florentis.* Serv. ad Aen. VIII. 804. *Florens, omne quod nitidum, En-*

Exoriens visu est lacrimas effundere salsas
Coepisse et rerum naturam expandere dictis:

✥

Tum memini, fieri me pavum . . . . . .

✥

Nec quisquam sophiam, sapientia quae perhibetur,
In somnis vidit priu' quam sam discere coepit.

15. Enarrato somnio occurrit poeta obtrectatoribus suis, qui insana quadam maledicendi libidine institutum eius maligne vellicabant; quasi quae prudenter ab eo scripta, non essent ab auctore domive eius nata, sed ab Homero, qui in somnis auctori apparuerat, instillata et mutuo sumta; iis respondet, non posse quemquam in somniis videre sapientiam, nisi eam prius didicerit. — 16—22. Sequebatur invocatio nova, et quidem deorum dearumque populi Romani custodum, ut orso tanti operis successus prosperos

nio et Lucretio. Eam vocem legerat forte Servius, Annalium libro I, ubi somnium poeta narrat. Facit haec vox, ut credam ex Ennio expressum totum illum Lucretii locum: Unde sibi in somnis etc. MERULA. Eundem forte locum respicit Servius ad Aen. XII. 605, ad verba: *flavos Lavinia crines*; addens: *Antiqua lectio floreos habuit, i. e. florulentos, pulchros: et est sermo Ennianus.*

14. *Tum memini.* Donat. ad Terent. Andr. II. 5. 18. *Ennius: Memini me tum fieri pavidum.* Idem ad Phormion. I. 2. 24. *Memini me fieri parum. Ennius.* Ad Adelph. I. 2. *Ennius: Minime nomine fieri pravum. Charis.* Lib. I. Inst. gramm. *Et ut pavus et pavo, Ennius: Memini me fieri pavum. Tertullian.* de anima: *Pavum se meminit Homerus, Ennio somniante.* Veram lectionem inde exsculpseruut Columna et Merula.

15. *Nec quisquam — Festus: Sas Verrius putat significare eas, teste Ennio, — — sicuti libro VII* (lege I.) *fatendum est eam significari, cum ait: Nec quisquam philosophia (quam doctrinam latina lingua non habet) sapientia quae perhibetur In somnis vidit prius quam sam discere coepit.* Iosephus Scaliger restituit versum, ut supra legitur. — *Sophiam.* Afranius in Sella ap. Gell. N. A. XIII. 8. et Io. Sarisber. de nug. curial. IV. 6. *Usus me genuit, mater peperit Memoria: Sophiam vocant me Graji, vos Sapientiam.*

* Te nunc sancta precor, Venus et genetrix patri nostri,
Ut me de coelo visas cognata parumper;
* Teque, Quirine pater, veneror, Horamque Quirini,
* Teque pater Tiberine, tuo cum flumine sancto,

---

dent. Testis est Calpurnius MS. de continentia vet. poetar. L. 1. *Precatur Ennius more poetarum divos et divas reip. Rom. parentes, auctores, custodes: Venerem, Minervam, Mavortem, Romulum et alios.*

17. *Te nunc—parumper. Nonius: Parumper, cito et velociter. Virgilius libro VI. 882.—pulsusque parumper Corde dolor, tristi gaudet cognomine terrae. Ennius Annalium libro I. Te nunc sancta—— parumper.—genetrix patris nostri.* Intelligit Aeneam Trojanum, qui reipublicae Romanae princeps, eam ob causam toties a Virgilio *pater* appellatus. Lucret. I. 1. *Aeneadum genitrix, hominum divumque voluptas Alma Venus — ut me de coelo visas cognata* i. e. ut me propitio lumine tanquam cognata P. R. de coelo aspicias; quem enim Dii intuentur, ei favent.

19. *Teque Quirine pater — Nonius: Hora, Iuventutis dea. Ennius Annal. Lib. I. Te Quirine — Quirini.* Nequeo Nonium non mirari, insignem alioqui Grammaticum, in re tam perspicua allucinantem, qui declarans Horam Iuventutis deam esse, hunc locum affert, cuius sensus tamen ab eo, quem vult, longe sane diversus est. Hic enim Hora, Hersilia, Romuli conjux intelligitur, de cujus apotheosi sub nomine Horae Ovidius in calce Libri XIV Metamorphoseon. Columna. Conf. Gell. N. A. XIII. 21.

20. *Teque pater Tiberine — Macrob.* Saturn. VI. 1. *Virgilius* Aen. VIII. 72. *Tuque o Tybri tuo genitor, cum flumine sancto. Ennius Annal. Libr. I. Teque pater — sancto.* Tiberinum deum fecit Romulus, ut patet ex Augustin. de civ. dei. VI. 10. Putant nonnulli, inter quos et *Niebuhr* röm. Gesch. I. 349. hoc fragmentum pertinere ad Horatium Coclitem, qui, teste Livio, Tiberinum patrem precatur, ut sua arma et se militem propitio flumino acciperet. Atqui historiam illam describit Ennius libro Annalium IV; hoc autem fragmentum ab Macrobio absque mendae suspicione citatur ex libro I. Secundum Servium (ad Aen. VIII. 72.) invocabatur in precibus: *Adesto Tiberine, cum tuis undis.*

* *Teque, Mavors,* . . . . . .
* Daedala . . . . . Minerva

✥

Quum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo,

✥

Corpore Tartarino prognata Paluda virago,

---

23. Invocatis diis parentibus, auctoribus, custodibusque populi Romani, orsus est poeta Narrationem ipsam, et quidem cum destructione Troiae. Diruta enim et incensa ab Graecis Troia, qui extincto Priamo victoria potiti sunt, Aeneas effugit, Hellesponto traiecto in Thracia hibernat, inde in Siciliam profectus Anchisen patrem morte peremtum apud Drepanum sepelit. Navigat tum in Laurentem agrum, comiter a Latino, Aboriginum rege exceptus; Laviniam eius filiam uxorem ducit. Aeneas Latino succedit, Lavinio condito; Romulus conditor populi Romani ex Aeneae progenie natus est. Quae omnia in versibus sequentibus, qui perierunt, Ennius sane exposuisse videtur. — 24. Cum igitur Romulus e stirpe Aeneae procreatus sit, poeta, ad

21. 22. E *Calpurnio* l. supr. citato. *Festus: Daedalam a varietate rerum artificiarumque dictam esse apud Lucretium Terram, apud Ennium Minervam, apud Virgilium Circen; facile est intelligere, quum graece δαίδαλλειν significet variare.*

23. *Quum veter — Priscian.* lib. II. *Etiam veterrimus notandum, quod quum in us eius positivum desinat, tamen formam in er terminantium servat in superlativo, veterrimus, quasi a: veter positivo; quod Capri quoque adprobat auctoritas, et usus antiquissimorum. Ennius: Quum veter — Pelasgo. Priamus* h. l. pro Troiano imperio, *Mars Pelasgus* pro exercitu Graecorum ponitur.

24. 25. *Corpore Tartarino — Varro* L. L. VI. *Corpore T. p. P. virago. Tartarino a Tartaro dictum — Paluda a paludamentis. Sunt haec insignia et ornamenta militaria. Festus: Tartarino, quum dixit Ennius, horrendo et terribili Verrius vult accipi, a Tartaro, qui locus apud inferos. Probus* ad Virgil. Eclog. VI. *Hoc* (vocabulo *spiritus*) *illum* (*Aërem*) *et Ennius appellavit in Annalibus: Corpore t. p. P. virago Cui pater Imber — Terra. Corpus Tartarinum* h. l. Chaos designat, e quo proguati secundum Hesiodum in Theogonia Erebus et Nox. Ex his creata: *Paluda*

Quoi par Imber et ignis; Spiritus, et gravi' Terra;
* Quaeque freto cava coeruleo cortina receptat;
* Quos omnes Erebo perhibent et Nocte creatos,

✥

. . . . . Saturno, quem Coelu' genuvit.

✥

---

eum celebrandum, Aeneae maiores a diis stirpemque eius inde usque ad Romuli natales recenset. Incipit a Chao, Universi principio, Corpore Tartarino a poeta nuncupato, e quo nati Erebus et Nox. Ex his creata sunt quatuor elementa Paluda virgo, i. e. Aër, tum Aqua, Ignis et Terra, quibus adiungitur, quod cava lebes coeli coeruleo suo aëre continet, i. e. Aether. — 28. Filius Aetheris Coelus, filius Coeli Saturnus fuit.

virgo, virgo Paludata, i. e. Minerva, sive Aër, ut Diodor. Siculus refert Libro I. Τὸν δὲ Ἀερᾶ προσαγορεῦσαι φασὶν Ἀθηνᾶν etc. — tum Imber i. e. Aqua, et ignis Spiritus πνεῦμ μένος, vis ignis, more poetarum pro Ignis, denique Terra.

26. *Quaeque freto* — *Varro* L. L. VI. *Apud Ennium: Quaeque coeruleo freta orta nare coepta . . . Cava cortina dicta, quod est inter terram et coelum ad similitudinem cortinae Apollinis.* Ios. Scaliger Ennii versum restitnit; fide Codicis Merula scribendum putat in fine: *réceptat. Cortina* operculum tripodis Delphici Apollinis. Sed et ipsum tripodem significavit, tunc cavitatem, sive lebetem. *fretum coeruleum* idem quod coeli fretum, coelum, Aether; *cava cortina* Cavum coeli. Sic Ennius in Iphigenia: *Quae cava coeli signitenentibus Confivis bigis.* Et alio loco: *Coeli ingentes fornices.*

27. *Quos omnes* — *Parthasius* de rebus per epistol. quaesitis ad Ant. Tilesium: *Aether et Dies, eorumque fratres et sorores ex Erebo et Nocte procreati. Cicero in III. 17. de nat. deor. Quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. Ennius: Quos omnes E. p. et N. creatos. Solvit enim Cicero Ennii carmen, eiusque numerum ad solutae orationis numeros transfert.* Unde P. versum depromserit, non liquet.

28. *Saturno* — *Nonius in Coelum: Ennius: Saturno, quem Coelus genuit. Charisius* Lib. I. *Coelum, quum sit neutrum, etiam masculino veteres dixerunt, ut Ennius: Quem Coelus genuit. Idem: quamquam Coelus profundus. Genuvit* pro *genuit*, ut syllaba produceretur. Sic saepissime in Ennio: *cluvit, fuvit, aduvit, fuvimus, exaruvit.*

Assaraco natus Capus optimus; isque pium ex se
Anchisen generat . . . . . .
* Atque Anchisen doctu', Venus quem pulcra dearum
Fari donavit, divinum pectus habere.

✥

. . . . . armis
Conditur Alba potens . . . . . .

✥

---

29 — 34. A Saturno Iupiter procreatus. Iupiter per Electram pater Dardani, hic Erichthonii, qui pater Trois. Tros pater Assaraci. Assaraco natus est Capys, isque Anchisen generat, cui Venus artem vaticinandi praebuit. Anchisis et Veneris filius Aeneas. Aeneae filius Ascanius, Albani imperii conditor. 33. Ascanio rege Alba urbs conditur, armis i. e. bello potens. 35. Ibi . . . . . .

Coelus, filius Aetheris et Dies, secundum Ciceron. de nat. deor. libro III. 17. Hic Saturnum genuit, teste Appollodoro et reliq.

29. *Assaraco—Philargyr.* ad Virg. Georg. III. 35. *Ex Iove et Electra Atlantis filia nascitur Dardanus, ex quo Erichthonius, cuius Tros. Cuius Assaracus, cuius Laomedon et Capys, et Laomedontis Priamus, eius Hector et caeteri. At Capys Anchises, cuius Aeneas, cuius Iulius, a quo Iulia gens stemmate descendit ad Caesarem. Alii sic: Per Assaracum Troianos dicit, nam Assaracus avus Anchisae. Ennius: Assaraco — generat.*

31. *Atque Anchises. Probus* ad Virgil. Eclog. VI. 31. *Ennius Anchisen augurii ac per hoc divini quiddam habuisse praesumit, sic: Atque Anchises d. V. q. p. d. F. d. d. p. h. — Virgilii interpretes*, editi ab Angelo Maio (1818). p. 36. ad Virg. Aen. II. 687. *Peritum multarum disciplinarum Anchisen fuisse . . . ssunt. Naevius, ... qui ita de eo ait: doctus Anchisa, quem Venus pulcherima divum fata docet divinum ut pectus haberet.* Aut in nomine poetae erravit Interpres Virgilii, aut Ennius hic scrinia Naevii expilavit. — *pulcra dearum*, pulcherrima: Sic et *Saturnia sancta dearum* i. e. sanctissima.

33. *Armis — Glossarium* Guil. Fornerii MS. ap. Merulam: *Armipotens ὁπλοκράτωρ. Ennius: Armis conditur Alba potens.*

35 Namque avide pugnare sues stolidi soliti sunt.

Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant,

* Quam primum casci populi tenuere Latini,

---

sues stulti vehementissime pugnantes, omen dedere, urbem fore potentem et validam.

36 — 39. Exstructa Alba Longa in terra Hesperia. Hesperiam dicebant, quam veteres populi Latini tenuerunt, quos Lau-

35. *Namque avide — Festus: Stolidus stultus. Ennius lib. I. Nam vidi pugnare sues stolidi solidi sunt.* In sched. Fulv. Ursini: *Nam vi depugnare sues stolidi solidi sunt.* Ian. Guilielmius Verisimil. I. 9. legit: *Nam vi depugnare suos stolidi soliti sunt;* Ian. Dousa Plautin. e explanat. II. 25: *Namque avide pugnare sues stolidi soliti sunt;* Scaliger ad Festum: *Namque avide pugnare sues stolidi soliti sunt.* Flagitat historia, ut *sues* et ego retineam. Nomen urbi, quam Ascanium condidisse monui, partim ab omine albae porcae, triginta capitum foetus enixae (Varro IV. de L. L. et Virgil. III. 389. et VIII. 41. Aeneid.) partim ab situ et loci natura; erat enim porrecta in dorso montis. Hic igitur versus tamquam ratio, cur dixerit poeta *Albam armipotentem.* Non reluctabor, si quis trahat ad suem, quae dum incunabula movebantur urbis Romae, peperit, quod monstri loco habitum, porcos XXX. Cassius Hemina libro Annalium II. ap. Diomedem Lib. I. *Pastorum vulgus sine contentione consentiendo praefecerat aequaliter imperio Remum et Romulum, ita ut de regno pares inter se essent. Monstrum fit. Sus parit porcos triginta, cui rei fecerunt Lares Grundiles.* Infert Ennius, vel Albam vel Romam, de utrius tandem conditione hoc fragmentum sit exaudiendum, ad suum, quae pugnaces, omine, armis fore potentem et validam. Merula.

36. *Est locus Hesperiam* — Virgil. Aen. I. 534. *Est locus Hesperiam Graji cognomine dicunt Terra antiqua* — quo cum versu *Macrob.* Sat. VI. 1. confert *Ennius in primo: Est locus Hesperiam, quam mortales perhibebant.*

37. *Quam primum — Latini. Varro* L. L. VI. *Cascum vetus esse significat Ennius, quum ait: Quam primum casci populi genuere (sic!) Latini. Cic.* Tuscul. quaest. I. 12. *Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius; esse in morte sensum, neque excessu vitae sic deleri hominem, ut funditus interiret. Hieronymus* ad Niceam: *Nam rudes illi Italiae homines, quos Cascos Ennius appellat.*

* Quos homines quondam Laurentis terra recepit.

Ilia . . . . . .

rentis terra inde a Hispania recepit. — 39. Pergit poeta in recensendis Albanorum regibus. Ascanio succedit filius Iulius, huic Aeneas Silvius, tum Latinus Silvius, Alba Silvius, Capetus Silvius, Capys Silvius, Calpetus Silvius, Tiberinus Capeti fil. Silvius, qui periit in Albula flumine, cui nomen Tiberis dedit, tum Agrippa Silvius, Allas Silvius, Aventinus Silvius, Procas Silvius, cuius filii Numitor et Amulius. (Stemma familiae exponitur doctissime et ad temporum chronologiam redigitur a P. Merula p. CLXVI — CLXXII.) Numitor natu maior rex fit. Amulius vero natu minor fratrem regno pellit, filium eius Aegestum, aliis Lausum, interimit, filiam vero, cui nomen Rea Silvia, vel Ilia, per speciem honoris Vestalem legit, ut perpetua teneretur virginitate, nec ab ea nasceretur patrati flagitii vindex. Profecto igitur Ilia e stirpe Aeneae nata, sicut et Romulus, eius cum Marte filius.

38. *Quos homines — Priscian.* L. VII. *Laurentis etiam pro Laurens dicebant. Ennius in Annalibus: Quos h. q. L. t. recepit.* Cohaerent inter se optime tria fragmenta. Troiani enim, cum triennium fere errassent, venerunt tandem in agrum Laurentem, anno a. u. CCCXXX. ad Latinum, Aboriginum regem, a quo illi cum Aboriginibus Latini appellati, inde profecti sunt in penitiora regionis, quae Hesperia olim, et eo tempore Italia dicebatur. Merula.

39. *Ilia. Serv.* ad Virgil. Aen. VI. 778. — *Quin et avo comitem sese Mavortius addet Romulus. Amulius et Numitor fratres fuerunt, sed Numitorem regno Amulius pepulit, et Iliam eius filiam, sacerdotem Vestae facit. De hac et Marte nati sunt Remus et Romulus, qui cum adolevissent, occiso Amulio, avum Numitorem in regnum revocarunt, et cum eo, uno anno regnaverunt. Postea propter angustias imperii Romam captatis auguriis condiderunt. Ergo avo se addet comitem, aut avito se iunget imperio, aut certe secundum Ennium, refertur inter deos cum Aenea. Dicit namque, Iliam fuisse filiam Aeneae, quod si est, Aeneas avus est Romuli.* Quale id sit, ignorare se fatetur Brouckhusius ad Tibull. II. 5. 54. Probabilis autem est opinio Merulae: „Filia sane fuit, sumto largius vocabulo pro undecima sobole. Filiorum enim appellatione non ex verborum figura, sed mente scribentis, Nepotes continentur, Nepotum vero omnes posteri, quemadmodum Patrum voce, avi, et omnes maiores. Servius igitur locum Ennii non

Excita quum tremulis anus attulit artubu' lumen,
Talia commemorat lacrimans exterrita somno:
Eurudica prognata, pater, quam noster amavit,
Vires, vitaque corpu' meum nunc deserit omne;
Nam me visus homo pulcer per amoena salicta
Et ripas raptare, locosque novos; ita sola
Post-illa, germana soror, errare videbar,
Tardaque vestigare, et quaerere te, neque posse

---

40. Ilia enim Vestalis sacrorum causa aquatum egressa ad Martis lucum vim patitur a Marte, peperitque gemellos Romulum et Remum. Utrum vigilans compressa fuerit, an dormiens, de eo varie senserunt e. g. Tibull. II. 5. 53. et Ovid. Fastor. III. 57. (Conf. et Liv. I. 3. Virgil. Aen. I. 273. Stat. Théb. I. 2. 242. Dionys. Halic. I. 47. Aurel. Victor. Orig. Gent. Rom. 19.) Certum est, intellexit, quem tam longe a temporum ratione aberasse non credam, et ita et accipiendus locus, quo de Romulo, Aeneae nepote scripsit Ennius, teste Servio ad Aen. I. 277."

40. *Excita — reliquit.* Cicer. Divinat. I. 20. *Narrat enim et apud Ennium Vestalis illa* (f. Ilia): *Excita — reliquit. Haec etiam si ficta sunt a poeta, non absunt tamen a consuetudine somniorum.*

41. *commemorat* sc. Ilia.

42. *Eurydica prognata*, filia Eurydices, ubi Merula notat: „Nescio an famula Iliae velit genus ab Eurydice Orphei coniuge ducere."

44. *homo.* Alio loco: *Vulturus in silvis miserum mandebat homonem.* Intelligitur secundum poetam quidem Mars, alii putaverunt, stuprum ei illatum sive ab aliquo e proois eius, sive ab Amulio ipso.

45. *raptare* i. e. rapere; — *locos novos* ante non visos, ignotos.

46. *Post-illa* idem, quod postea. — *germana soror.* Medullitus amavit hanc anum Ilia, et tam tenere, ut etiam germanae sororis locum habuerit. Merula.

47. *tardaque vestigare*, anxie inquirere, summa cum diligentia quaerere, adiuncta metus et timoris notione aliqua. *Tarda* scilicet, ob graviditatem. Ilia non solum visa est per quietem rapi a Marte, sed tarda post raptum, et a Marte gravis, compellari etiam a patre Numitore, qui aegriori corde et tristioris mentis solabatur. Merula.

Corde capessere; semita nulla pedem stabilibat.
Exin compellare pater me voce videtur
His verbis: O gnata! tibi sunt ante ferundae
Aerumnae, post ex fluvio fortuna resistet!
Haec effatu' pater, germana, repente recessit,
Nec sese dedit in conspectum, corde cupitus,

Ennium h. l. praedicare, Iliam fatum acerbum suum somno praevidisse, nutricique suae narrasse.

48 *Corde* — Additum *corde* videtur indicare curam investigandi, e sententia Hottingeri ad Cic. loc.

49. *Exin.* Fest. *Exin metri causa pro exinde positum*, forte hunc locum poetae innuens.

50. *O gnata!* Vulgo *cognata*, quod Turnebus tuetur, interpretans *filia*, quod cum aliis filiis nata sit. Lambinus coniecit *o gnata*, quod et in MS. regio legit Davisius. Cumque eo faciunt Codd. Oxonienses apud Hottingerum, in edit. sua Cic. de divin. et editio Cratandri. Basil. 1528. 8. Reliqua vulgo sic se habent: *tibi sunt ante gerenda, Haec pater effatus, germana, repente recessit, Aerumnae post ex fluvio fortuna resistit.* Alii *gerendae*, quod Merula explicari posse putat, ita ut poeta respiciat ad uterum gerendum, vel gerendas, ante benigniorem fortunam, in geminis, quos utero conceperat, meras aerumnas.

51. *Aerumnae.* Alii *erumnae*, quod et Columna retinuit, nisus *Charisio* Lib. I. Inst. Grammat., qui quidem sic: *Erumnam Ennius ait per E solum scribi, quod mentem eruat, vel per OE, quod moerorem nutriat.* Sed haec sententia haud nostri poetae, sed Ennii iunioris Grammatici est, de quo vide Sueton. de illustr. Grammat. cap. I. — Mox poeta noster: *Ilia dia nepos, quas aerumnas tetulisti.* Festus: *Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatis sarcinas viatores gerebant, quarum usum, quia C. Marius retulit, mali Mariani postea appellabantur. Itaque aerumnae labores onerosos significant, sive a Graeco sermone deducuntur, nam αἴρειν graece, latine tollere dicitur.* — *ex fluvio fortuna resistet*; quasi diceret, Fortuna post multas aerumnas se rursum sistet tibi aequa et benigna ex Tiberi. Qui ex Ilia nati, expositi quidem in ripa Tiberis, sed veritus ille divino foetui nihil attulit incommodi. MERULA.

52. *Haec pater effatus* — Nostram lectionem Iacob. Gronovius e MSS. eruit, ut magis Ennianam.

Quanquam multa manus, ad coeli coerula templa
Tendebam lacrimans et blanda voce vocabam.
Vix aegro tum corde meo me somnu' reliquit.

Ilia . . . . . .

56. Narrato somnio ipsum scelus compressoris edixisse videtur poeta, et quidem versibus minus castis. Quod scilicet desumi posse videtur ex Ovidio Trist. II. 255. sqq. *Nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni Ad delinquendum doctior esse potest. Quodcunque attigerit, si qua est studiosa sinistri, Ad vitium mores instruet inde suos. Sumserit Annales* (sc. Ennii), *nihil est hirsutius illis, Facta sit unde parens Ilia nempe leget. Sumserit Aeneadum genetrix* (Lucretii libros de rerum natura), *ubi prima requiret, Aeneadum genetrix, unde sit alma Venus.* Mira habet Burmann. ad h.l.

57. Amulius rex, ut comperit, Iliam gemellos peperisse, eam in amnem Tiberim praecipitari iubet. 58. Deus vero Tiberinus,

54. *Multa manus.* Hic noto satis Hellenismo *multa* valet *multum*, ut ap. Virgil. Georg. III. 226. IV. 320. Stat. Theb. II. 635. Conf. Vorstium ad Sulpic. Severi hist. sacr. I. 4. — *coeli coerula templa.* Terent. Eunuch. III. 5. 42. — *qui templa coeli summa sonitu concutit.* Mox poeta: *Unus erit quem tu tolles in coerula coeli Templa.* —

56. *Vix aegro tum corde — me somnus reliquit.* Sic legit Dion. Gothofredus. Codd. Oxon. apud Hottinger. *cum corde meo, me somne relinquis*, quibuscum facit editio Cratandri, nisi quod *tum* retinet.

57. *Ilia — Porphyr.* ad Horat. Od. I. 2. 18. ad illa: *Vidimus flavum Tiberim retortis Litore Etrusco violenter undis Ire deiectum monumenta regis, Templaque Vestae, Iliae dum se nimium querenti Iactat ultorem vagus et sinistra Labitur ripa, Iove non probante, Uxorius amnis*; dicit: *Ilia, auctore Ennio, in amnem Tiberim iussu Amulii regis praecipitata est. Antea enim Anioni* (flumini) *matrimonio iuncta, atqui hic legitur, quasi Tiberi potius nupserit.* Alii enim ferunt, quod Ilia se post partum in Anionem fluvium miserit, qui tunc etiam Tiberinus (nunc *Teverone*) nominabatur, et tantopere Deo fluviali placuerit, ut eam uxorem duceret. Vide Ovid. Amor. III. 6, 45. Alii, simili nomine forte decepti, inter quos noster poeta et Horatius, Tiberi nupsisse tradunt.

. . . . . ut Ilia reddita nuptum

Ilia, dia nepos, quas aerumnas tetulisti!

60 . . . . . *cetera, quos peperisti,

Ne cures! . . . . . .

Romulus . . . . . .

. . . . . *imperiosae.

. . . . *Amulius* . . . . . .

---

miseram diligens, ei nubit. Ilia igitur, illi data, nuptum i. e. novum maritum amplectitur, vitam felicem cum eo degens. 59—61. Ipsa igitur dea facta, ab Aenea consolatur, his verbis: Ilia, diva nepos, quas aerumnas tulisti! Ne tamen sollicita sis de iis, quos peperisti! 62. Romulus enim, nepos meus, conditor — 63. urbis *magnae ac potentis*, immo imperii, quod orbem terrarum implebit, fiet.—64. Pergit poeta ad enarranda ea, quae sequebantur. Amulius Romulum, Remumque fratrem similiter in Tiberim abiici iubet.

58. *atque Ilia. Serv.* ad Virg. Aen. III. 335. *Reddita more veteri pro data accipiendum, re ergo abundat. Ennius in Annalibus: Ut Ilia reddita nuptum.*—Nuptum *novum sponsum* dictum, docet Festus v. Nuptam.

59. *Ilia dia nepos — Charis.* Lib. I. *Neptis Grammatici nolunt dici, quia nomina in Os exeuntia genitivo singulari Is finiantur, et non possint transire in foeminina, et advocant Ennium, quod dixerit ita: Ilia dia nepos q. a. t. — Nonius: Nepos dici et femina potest, Ennio auctore, quae nunc neptis dicitur: Iliada: Nepos, q. a. t. — Festus* v. Recto fronte: — *antiquae consuetudinis fuit, ut quum ait Ennius quoque: a stirpe supremo; et Ilia dia nepos.*

60. *Cetera — cures Serv.* ad Virg. Aen. IX, 656. *Cetera parce puer* — dicit: *Cetera deinceps, et est adverbium. Id est in ceterum. Est autem Ennianum: cetera quos p. ne cures.*

62. *Romulus. Serv.* ad Virg. Aen. I. 275. *Naevius et Ennius, Aeneae ex filia nepotem, Romulum conditorem urbis tradunt.* Conf. quae dixi ad vers. 39.

63. *Imperiosae. Cicero* de re publ. I. 2. *Equidem, quemadmodum urbes magnas atque imperiosas, ut appellat Ennius, viculis et castellis praeferendas puto.* Augustin. de Civ. Dei XV. 19. Romam ipsam dicit *imperiosissimam civitatem.* Item. XIX. 21.

64. *Amulius. Aurel. Victor* Orig. Gent. Rom. 5. *Amulius rex, ut comperit hoc, protinus impe-*

Haec effatus ibus, latrones dicta facessunt,

. . . . destituunt rivos, camposque remanant,
* Perque fabas repunt et mollia crura reponunt;

. . . . fortunas ecquas cepere, latrones
Inter se serere . . . . . .

. . . . . pede ruit . . . . . .

---

65. Quum hoc effatus esset Amulius, famuli eius iussa peragunt, nec tamen, misericordia perducti, gemellos in aquam abiicientes, sed ad ripas. 66. Quibus peractis, rivos relinquunt, et redeunt, more gruum per fabas repentes, ne scilicet conspiciantur. 68. Revertentes ad regem inter se sermones serunt, ecquas in exponendis geminis fortunas sint experti. 70. Tiberis *ripas inundaverat*; infantes interim vagientes volutantur in coeno.

ravit, gemellos in Tiberim abiici, ut scribunt Ennius libro primo et Caesar.

65. *Haec effatus. Nonius: Facessere est facere. Ennius Annalium libro I. Haec effatus, ibique latrones dicta facessunt.* Pro *ibique* legunt Lipsius Antiq. lect. II. 4. Merulaque *ibus* i. e. *iis*, Ioseph. Scaliger et Columna *ubi*. — *latrones* — *Glossar.* Forner. MS. *Latro λήστης, στρατιώτης. Ennius in primo.* Festus: *Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant. ἀπὸ τοῦ λατροῦ* (a stipe.)

66. *destituunt* — *remanant. Festus: Remant, repetunt. Ennius libro I. Desunt rivos camposque remant.* Ursinus legit: *Revitant, repetunt. Enn. lib. I. Deserunt clivos camposque revitant.* Merula coniicit pro *remant, reditant* vel *remigrant.* Nos emendationem Scaligeri secuti; *remanant* i. q. *remeant.*

67. *Perque fabas* — *Serv.* ad Virg. Georg. III. 76. *Ennius de gruibus dixit.* Conf. paraphrasin, quam supra dedimus. — *reponunt* sc. pedes summovendo et attrahendo.

68. *fortunas* — *Nonius: Latrocinari, militari mercede. Ennius: fortunas quas coepere latrones iterserare.* Merula coniicit: *inter se serere*, observans, *serere fortunas* nihil aliud esse, quam confabulari et verba facere de fortunis. Alii emendant: *inter se memorare*, vel *memorant.* Pro *quas* legit Mercerius: *fortunasque suas.*

70. *pede ruit. Festus: Pes dicitur . . . . pede ruit . . . Ennius lib. I. Annalium.* Ad

. . . . . lupu' femina foeta repente
Procubuit . . . * geminique hinc ubera circum
Ludunt pendentes pueri, *tum* lambere matrem
Impavidi . . . . . .
* Dulciferae fici lactantes ubere toto.

. . . . . .

Postquam consisti fluvium, qui est omnium princeps

---

71. Accurrit lupa, mammas praebet iis. 72. Pendentes ludunt pueri circum ubera ferae. 75. Stratos autem sub caprifico (quae deinde Ruminalis dicta) non solum nativo lacte lupa, verum etiam ipsarum ficuum, quas in cibum illa converterat succus, toto ubere diffusus, lactat infantes. 76. Postquam Tiberim undas suas revo-

quem locum Dacerius: „Forsan notabat hic Festus pedem de fluvio dici, ut apud Horatium: Mollis crepante lympha desilit pede.“ Pede ruebat Tiberis, ripas inundans.

71. *Lupu' femina.* Serv. ad Aen. II. 355. *Sane apud veteres lupus promiscuum erat, ut Ennius: lupus femina foeta repente* — Quintil. I. 10. *Lupus, masculinum, quanquam Varro in eo libro, quo initia Romanae urbis enarrat, Lupum feminam dicit, Ennium Pictoremque Fabium secutus.* Festus v. Recto fronte: *ut quum ait Ennius quoque:* — *a stirpe suprema, et Ilia dia nepos* — *et: Lupus foeta* — *et: Nullo metus.*

72. *geminique.* Virgil. Aen. VIII. 630. *Ut viridi foetam Mavortis in antro Procubuisse lupam, geminosque hinc ubera circum Ludere pendentes pueri, et lambere matrem Impavidi* —, ubi Servius: *Hic totus locus Ennianus est.* — *impavidi* sc. conspiciuntur.

75. *Dulciferae.* Charisius L. I. *Fici, Ennius: Dulciferae* — *toto.* De Ruminali fico, quem Romani colebant summa veneratione, forte loquebatur Ennius apud Festum s. v. *Ruma*; cuius locus corruptissimus forte sic pro parte explendus: „*Ruminalis ficus a* ruma, id est, mamma *dictus, qui nunc colitur in* capitolio, *unde apud Ennium* . . . . quae . . . . requisi . . . . . appellatam . . . . et qualis . . . . — *Ubere toto*; i. e. distentibus uberibus, secundum explicationem Columnae.

76. *Postquam* — *civilia.* Fronto de orationib. II. 5. ap. Mai. T. II. p. 267. *Ennius: Postquam consisti ad fluvium qui*

Qui sub civilia . . . . . .

Indutuetur ibus lupu' femina, conspicit omnes
In campo celeri passu praesto esse parumper;
Coniicit in silvam sese . . . . . .

. . . . . descendidit . . . . .

casse viderat Faustulus, regii pecoris magister, concurrunt ille et pastores ad spectaculum hocce.

78. Feram terrent clamoribus. Intuetur eos lupa, quos ubi celeri gradu videt praesto esse, abit et in nemus Pani sacrum, quod non longe aberat, se coniicit. 81 — 83. Faustulus *descen-*

omnium princeps, qui sub civilia ait. Locus corruptissimus, cuius ultimis tribus verbis nulla adhiberi posse videtur medela. Niebuhrius in sua Frontonis editione, inde putat, nec Ennii quidem nomen nec versum in Codice MS. sane exhiberi. Nomen Ennii tamen evidens esse in Codice Frontonis, affirmat Maius iterum in Censura editionis Niebuhrianae, adiecta alteri editioni fragmentorum Ciceronis orationum, a se editarum Mediolani 1817. p. 81.

77. *Qui sub civilia.* F. qui (ut sit Frontonis dictio) — *sub clivis,* ita ut sensus post-quam Faustulus cognovit, fluvium consisti sub clivis, quorum radices inundaverat.

78. *Indutuetur — sese. Nonius: Parumper, sito et velociter. Ennius Annalium primo: Inde tuetur ibi lupus femina conspicit omnes In campo celeri passu premens parumper, Coniicit in sylvam sese.* Legendum pro *Inde tuetur,* Indutuetur i. e. intuetur, pro *ibi,* ibus i. e. eos, pro *omnes,* omnes. Scaliger ad Festum legebat: *Indutuetur ibi lupu' femina conspicio amens,* tum — *ubi* — *conspicio omnes.*

79. *praesto esse,* legit Merula pro *premens* in Nonio. Scaliger vel *permensa parumper,* vel *praesto isse pàrumper* scribi vult. Columna habet: *permensa parumper;* quod probat et Gronov. ad Liv. XXXVIII. 17.

81. *descendidit.* Gell. Noct. Att. VII. 9. *Ennius quoque et Valerius Antias, in libro historiarum septuagesimo quinto, verba haec scripsit: Deinde funere locato ad forum descendidit. Laberius quoque in Catullurio ita scripsit: Ego mirabar, quomodo mammae mihi descendiderant.* Huic loco quaedam verba deesse, cum quae ex Ennio citabantur, deficiant, post alios monuit Gronovius ad h. l. Forte legendum: *Ennius quoque et Valerius Antias, descen-*

* Surremsit . . . . . .

. . . . . *Acca* . . . *Larentia* . . .

. . . . . * . . . . . pars

Ludicre iactant, saxa inter se licitantes,

. . . . . * stipites . . abiegnos . .

Qui vicit, non est victor, nisi victu' fatetur.

---

ac *sustulit* pueros, nutriendosque Accae Larentiae, uxori suae lit. 84. Ita geniti, ita educati, quum primum adolevit aetas, miliares colligunt, ludis puerilibus se dant; ut plerumque fit, s eorum ludicre iactat saxa, pars *stipitibus abiegnis* armata, es suos exercet. Tum venando peragrant saltus; non in feras tum, sed et in latrones praeda onustos impetum faciunt, rapta toribus dividunt, quibus latrones ob iram amissae praedae insi- a struunt. Romulus vi se defendit, Remus capitur. Captus ulio traditur.

87. Remus se victum negat. 88. Amulius torviter Remum

lit. Valerius Antias in libro uriarum etc.

82. *Surremsit.* Festus, ci- loco Ennii, *inque manu surit hastam: Idem Surrempsit rpavit pro pueros sustulit,* ctione Ursini.

83. *Acca Larentia.* Au- Victor in Orig. gent. Rom. l. c. *m illi, quibus id imperatum t, impositos alveo pueros, a radices montis Palatii in erim, qui tum magnis imbri- stagnaverat, abiecerunt: que regionis subulcus Faus, speculatus exponentes, ut it relabente flumine alveum, quo pueri erant, obhaesisse arborem fici, puerorumque itu lupam excitam, quae rete exierat, primo lambitu eos ersisse, dein levandorum ube- ram gratia mammae praebuisse, descendit ac sustulit, nutriendosque Accae Larentiae uxori suae dedit, ut scribunt Ennius in primo, et Caesar in II.* — Huic narrationi inesse video membra disiecta poetae.

84. *Para.* Nonius: *Licitari, congredi, pugnare. Ennius: pars L. i. s. i. s. licitantes.* Festus: *Licitati, in mercando sive pugnando contendentes.*

85. *Stipites abiegnos* sc. arripiunt. *Festus: Stipes fustis terrae defixus* ——— *Ennius . . . . Stipites abiegno . . . . . .*

87. *Qui vicit* — Versum nobilissimum excitant H. Columna, et Merula e *Servianis* schedis ap. P. Danielem; sed frustra eum quaesivi in edit. Virgil.

* Olli respondet rex Albaï Longaï:

Ast hic, quem nunc tu tam torviter increpuisti,

90 Nascere quae populos terraque marique lacesses

---

propter insolentiam increpat. 89. Poeta κατ' ἀποστροφήν monet quasi Amulium, pastorem illum iuvenem, quem castigabat, fore, a quo non solum regno, sed vita etiam spoliaretur. — Accusatus Remus abigeatus et turbati Numitoris agri Numitori ad supplicium deditur. Faustulus, cui spes fuerat ab initio, regiam stirpem apud se educari, necessitate coactus Romulo rem aperit. Numitor etiam sciscitando eo pervenit, ut haud procul esset, quin Remum nepotem agnosceret. Amulio dolis undique nectitur; obtruncatur Albae, Numitor rex creatur Latinorum ultimus.

90. Numitori permissa Albana re, Romulum et Remum,

ex off. Commel. 1646. 4. Ad rem facit Plin. H. N. XXII. 1. *Apud antiquos signum victoriae erat porrigere herbam victos, h. e. terra et ultrice ipsa humo et humationem cedere.* Tum Festus: *Herbam do, cum ait Plautus, significat, victum me fateor, quod est antiquae et pastoralis vitae indicium, nam, qui in prato, cursu aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant.*

88. *Olli* — *Donat.* de IX Metaplasmi specie: διαίρεσις *est discissio syllabae unius in duas facta, ut est: Olli resp. rex Albaï Longaï. Atilius Fortunatianus* profert eundem versum sub Ennii nomine, eoque docet, minimum heroicum constare XII syllabis. *Serv.* ad Virg. Aen. X. 236 — ad illa: *Olli sedato respondet corde Latinus*, ait: *Olli, illi, secundum Ennium.*

89. *Ast hic* — *Nonius: Torviter, Pomponius Auctorato: Occidit taurum torviter me amores amavit. Ennius Lupiast. Quem nunc tu tam torviter increpuisti.* Ios. Scaliger emendavit: *Ennius Libro* I. *Ast hic quem n. t. t. t. i.* — Hi Columna: Ennius libro I. *Hasta, quem nunc* etc. vultque exaudiri hoc fragmentum de Romulo, Remum increpante et rutrum in eius caput infligente. — *torviter.* Memor erat huius Enniani Priscianus, quum scriberet lib. XV. alios aliis adverbiis usos, Ennium vero: *proterviter, ignaviter, inimiciter, iracunditer, superbiter, temeriter, praeclariter, torviter, puriter* et similibus. MERULA.

90. *Nascere* — *revixti. Calpurn. Piso* MS. de continent. vet. poetar. Lib. I. *Apostrophe ἐνστικὴ est, quotiens, aversa iam ad quaevis oratione, miscentur*

Belli turbine praepropero, concussa tremiscent
Cuncta acreis a te vireis . . . . . .
. . . . . In Roma Troia revixsti!

Curantes, magna cum cura concupientes
Regni, dant operam simul auspicio, augurioque.
Hinc Remus auspicio se devovet, atque secundam
Solus avem servat. At Romulu' pulcer in alto

---

quo loco fuerant expositi, urbis condendae capit cupido. Poeta compellat urbem condendam, vota pro ea faciens.

94 — 113. Cupidinem urbis condendae mox deturpat avitum malum, cupido regni. Convenit ut Dii, quorum in tutela locus, auguriis legerent, uter nomen urbi daret, conditamque

vota vel bona vel mala. Ennius in primo Urbem condendam compellat, et compellata omnia, quae magnitudinem eius testatura, precatur his verbis: Nascere q. p. t. m. l. Belli t. p. c. t. Cuncta acres a te vires — et quae postea; concludens in conventa Roma genetrice: — in Roma Troia revixsti. In Codice erat *proprio* pro *praepropero*, tum *acrissate viros* pro *acres a te vires*, *et revisti* pro *revixsti*. Merula Codicis lectiones emendavit.

93. *in Roma* — Troiae interitus Romae fuit serius ortus. Inde Propertius IV. eleg. 1. *Dicam Troia clades et Troica Roma resurges.*

94 — 113. Nobilissimum locum citat *Cicero* de divinatione, Libro I. 48., ex Ennio, non tamen indicato libro. Antepenultimum versum adfert *Gellius* Noct. Att. VI. 6. ex primo Annalium. *Curantes magna cum cura*, Atticismus, pro valde curare. Plaut. Menaechmis. V. 4. 7. *Magna cum cura ego illum curari volo*, et paullo post v. 9.: *Ita ego illum cura magna curabo tibi.* —96. *secundam*, prosperam, felicem. COLUMNA.

97. *Avem servat.* Propria voce utitur poeta. Ovid. Trist. I. 8. 50. *Linguave servatae pennaeve dixit avis.* Aves autem servatae dicebantur *admittere*, *addicere*, *secundare*, *arcere*, *remorari*, unde *admissivae*, *addictivae*, *secundae*, *arculae*, *remores* aves. MERULA.

Quaerit Aventino, servans genus altivolantum.
Certabant urbem Romamne, Remamne vocarent;
Omnis cura viris, uter esset Induperator
Exspectant; veluti Consul, quum mittere signum
Vult, omnes avidi spectant ad carceris oras,
Quam mox emittat pictis ex faucibu' currus;
Sic exspectabat populus, atque ora tenebat

---

regeret imperio. Palatinum Remus, Romulus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt. Intendit negotio mentem oculosque vulgus.

98. *Quaerit Aventino.* Dionysius, Livius et Florus, ab Ennio discrepant. Volunt enim Romulum Palatinum, Remum vero Aventinum templa cepisse ad inaugurandum. Ergo Davisius ad h. l. „Ut ad historiae fidem revocentur, ait, haec Enniana, sic a poeta scribi debuerant: *Monte in Aventino Remus auspicat atque secundam solus avem servans. Tu Romule pulcher in alto Quaeri' Palatino servans* etc. Sed ita posita fuisse, nullus adfirmo", addit.

99. *Remamne* — alii *Remam*, *Remoramne*, vel *Romulam*, *Remulamne*. Sed Dionysius Halicarnass. I. 85. habet *Ρεμορίαν*. Conf. Fest. v. Remurinus ager. Turneb. Advers. XXIV. 4.

100. *Omnis* — Petr. Crinitus de hon. discipl. XVI. 5. legit *Omnibu'*, non male.

101. *Exspectant* — Postquam dixit in superioribus, Romulum et Remum in auguriorum captatione occupari, nunc populi exspectationem eleganti comparatione illustrat, sumta ex Circensibus ludis. Columna. — *Consul* — Ludos, praeter funebres, edere, initio regum erat, quibus eiectis, nunc Consules, nunc Praetores, aliquando Aediles, tum Imperatores eos curabant, monente Merula. — *signum* per mappam fiebat. Conf. Quintilian. I. 9.

102. *carceres*, ubi coercebantur equi, ne inde exirent, antequam signum missum erat. Varro. L. L. IV.

103. *Quam mox*, al. *qua mox*. *Quam mox* Hadr. Turnebi coniectura Adversar. V. 33. *picti fauces*, quia anteriora carcerum ornamenti causa variis picturis erant obducta. — 104. *ora tenebat*. Sic legit Merula pro vulgato: *ore timebat*. *Ora tenere rebus* est, cum silentio quodam oculos habere intentos rebus, quae agebantur. Virg. Aen.

Rebus, utri magni victoria sit data regni.
Interea sol albu' recessit in infera noctis;
Exin candida se radiis dedit icta foras lux,
Et simul ex alto longe pulcerrima praepes
Laeva volavit avis; simul aureus exoritur sol.
Cedunt ter quatuor de coelo corpora sancta
Avium, praepetibus sese pulcrisque locis dant.
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,

106—108. Nox fiebat, tum aurora. Multos aves sibi felices observat Romulus.

109 — 113. Exoriente vero sole, duodecim aves idem observavit Romulus, inde reclamans, sibi esse imperium, solumque,

II. initio: — — *conticuere omnes, intentique ora tenebant.* Ad quem locum Servius: *Aut, ora intuebantur loquentis, aut, immobiles vultus habebant.*

106. *Sol albu'* — Albus quidem sua ipsius natura videtur sol, quamquam intermediis vaporibus eius aspectus interdum nobis varietur. Columna. Videtur triplex hic tempus tribus versibus describi, Lunae recessus, Solis ortus, et quoddam inter duo haec medium. *Sol* (audeam enim hoc dicere) Ennio vocabulum commune magnis istis in coelo luminibus, quorum alterum *sol aureus* paullo post, alterum discrimini indicando, illi *sol albus* hoc loco. Sic eidem Ennio luna, *albus iubar*, in versu: *Interea fugit albu' jubar Hyperionis cursum.* Merula.

107. *icta foras lux.* Wakefield in Silva critica Tom. IV. p. 78. legit — *acta foras lux.* Aurorae descriptio.

108. *longe* — Dum Romulus servaret augurium, in ipso solis ortu, multae simul aves e longinquo illi apparuerunt, quarum numerum cum is minime distinguere potuisset, poeta omnes συνεκδοχικῶς Avem dixit. Columna. Quod et probat Merula, adiiciens, quum autem propius accessissent, duodecim fuisse cognitas.

109. *laeva* — i. e. sinistra, quae sinebat fieri, quod Romulus meditabatur et optabat. Haec sinistra avis erat Romulo praenuncia futurae victoriae. Alii legunt: *laeta avis.* Merula.

110. *Ter quatuor* — Duodecim vultures Romulo apparuisse, omnes rer. Rom. scriptores consentiunt.

111. *Praepetes aves* sunt secundum Festum, quae se ante auspicantem ferunt, nam praepetere dicebatur anteire.

112. *Conspicit* vox propria in auguriis. Varro L. L. V. Festus v. Auspicium.

Auspicio regni stabilitaque scamna solumque.

❖

. . . his nata auspiciis illa incluta Roma.

❖

Septingenti sunt paullo plus vel minus anni,
Augusto augurio postquam incluta condita Roma est.

❖

---

et a se urbem condendam esse nominandam. 114. His igitur auspiciis rite captis, illa inclyta Roma nomen accepit. 115. 116. Septingenti vero sunt paullo plus vel minus anni usque ad hunc diem, divino augurio postquam illa urbs condita est.

113. *Solum* i. e. solium regium. Vid. Festum v. *Solla.*

114. *his nata auspiciis — Serv.* ad Virgil. Aen. VII. 678. *Conditam Romam esse alii dicunt ab Evandro, secundum quos Virgilius: Tunc rex Evandrus Romanae conditor arcis. Alii a Romulo, ut En huius nate auspiciis illa incluta Roma. Isidori* Orig. XV. 1. *Nam Sallustius dicit: Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habitavere initio Trojani, et cum iis Aborigines. Alii dicunt ab Evandro, secundum quod Virgilius: Tunc r. E. R. c. a. Alii a Romulo, ut Ennius: His nata auspiciis illa incl. Roma.* Merula putat, pro *Ennius* legendum esse: *En huius, nate, auspiciis illa incluta Roma;* ut sit versus Virgil. Aen. VI. 781, quem suppresso autoris nomine laudaverit Isidorus. Frustra tamen; lectionem enim probam esse, nemo non videt, quum Servius et Isidorus antea sententiam, quam Virgilius amplexus erat, enumerent, et nunc Ennii opinionem de conditore urbis, ab opinione Virgilii diversam, recenseant.

115. *Septingenti — Roma est. Varro* de re rust. III. cap. I. *Etenim vetustissimum oppidum quum sit traditum Graecum Boeotiae Thebae, quod rex Ogyges aedificarit, in agro Romano Roma, quam Romulus rex. Nam in hoc nunc denique est, ut dici possit, non quum Ennius scripsit: Septingenti sunt paullo plus vel minus anni A. a. p. i. c. R. e. — Sueton.* vita August. c. 7. *Loca quoque religiosa, et in quibus augurato quid consequatur, Augusta dicuntur, ab auctu, vel ab avium gestu, gustuve, sicut etiam Ennius docet scribens: Augusto a. p. i. c. R.* Merula versus a Varrone citatos disiungit, quippe qui centonis instar a Varrone coniunctos et suo aevo adcommodatos esse vult. „Temporum

Qua murum fieri voluit, urgentur in unum,
* Quum saevo obsidio magnum Titana premebat
* Iuppiter, ut muro fretu' magi', quamde manuum vi.

120 Audire est operae pretium, procedere recte,

117 — 119. Romulus, cum initio populis finitimis inferior viribus esset, suos unum in locum conduxit, et Palatinum montem saxo rudi munivit in speciem quadratam; sicut olim fecerat Iupiter, cum obsidione premeret Titana, parum fretus imbelli multitudine Cretensium. 120. 121. Suos adhortatus, edixit legem, ne quis urbis novae muros transiliret. (Ab urbe condita I.)

rationem ignorat, inquit, qui coniunctos opinatur ab Ennio, quem tam immensum aberrasse ab annorum notatione, qui credam? Ennius non septingentesimo ab urbe condita, sed quingentesimo fere et sexagesimo anno floruit — Concinnati optime Varronis aevo quadravit, qui circa septingentesimum Urbis annum libros scripsit, de re rustica, hoc centone notavit Enniano". — Salvam tamen rem esse, exinde patet, quod poeta annos cyclicos intelligit, quorum septingenti aequiparandi quingentis octoginta tribus annis civilibus. Conf. *Niebuhrii* hist. Rom. T. I. p. 188. 197. 205.

117. *Qua — in unum. Nonius* v. *urgere* citat ex Varron. de rebus human. *Qua m. f. v. urgemur in unum.* Auson. Popma ad h. l. Varronis, putat versum Ennii ibi latere, quem coniunxit, cum sequentibus. Ego nihil affirmare audeo.

118. *Quum — premebat. Non. Obsidium, Ennius: q. s. o. m, T. p.* — Fabulam recenset Lactant. de falsa relig. I. 14.

119. *Iupiter — vi. Fest. Quamde pro quam usos esse antiquos, cum multi veteres testimonio sunt, tum est Livius* (al. *huius*) *in primo: Iupiter ut muro fretus magis quamde manus impe* (Scal. *q. manus vi et secundo; Lambin. q. manu stat, et sec.* Merula: *q. manuum vi, et sec.* legunt.) . . *secundo: Quamde tuas omnes legiones ac populares.* — Quanquam hoc loco evincere studet Dacerius, Livium Andronicum Annales etiam scripsisse, lectioni: *Livius* obstat, quod ille hexametros versus haud excogitavit, sed eos primos fabricavit Ennius. *Ennium* potius legendum esse, Columna et Merula probaverunt, tum multis rationibus adductis *Osann* in Analect. crit. cap. 2.

120. *Audire — vultis. Acron* et *Porphyrion* ad illa Horatii, Sermon. I. 2. 51. *Audire est op. p. p. recte. Urbane abutitur Ennianis versibus: A. est o. p. p. r. Qui r. r. L. a.*

Qui rem Romanam Latiumque augescere vultis.

✥

Nec pol homo quisquam faciet impune animatus
Hoc, nisi tu, nam mi calido dabi' sanguine poenam.

✥

. . . . . Saturnius olli

---

122. Irridet omnia Remus, ludibrio fratris novos muros contra Edictum transilit. Indignatur Romulus, et eum increpans, iurat, *hoc illi impune non futurum.* Dat violatae legis poenas Remus, occiditur enim rutro a Fabio, Romuli duce et muris faciendis praefecto. (Vide Plutarchum in vita Romuli.) 124. Condita erat urbs, forma quadrata in monte Palatino, qui solus primo pomoerio claudebatur. Ne vero vis eam externa adoriri posset, neve finitimi colles hostium aliquando arces essent, Romulus Ca-

vultis. Primum et citat *Marius Victorinus* de collisione vocalium, suppresso auctoris nomine, secundum usurpavit Varro in satira περὶ διαθήκης ap. Gell. III. 17. *Glossar.* Fornerii MS. *Augesco* ἄυξω κατὰ μικρὸν. *Ennius in primo: Quin Romanam Latinamque aug. v.*

122. *Nec pol homo — poenam.* Citat. *Macrob.* Saturn. VI. 1. ex primo Ennii libro, praemissis Virgilii ex Aeneide IX. 422.: *Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas Persolves* — Secundum versum citat et *Servius* ad Virg. Aen. IX. 422, e primo libro. *animatus* ἔμψυχος ἄνθρωπος Graecis.

123. *hoc nisi tu* — A fortiori, quasi dicat Romulus, si tu frater non impune fecisti, nemo utique impune faciet. Columna. Merula ad ea refert, quae ex Egnatii libro primo citat Aurel. Victor in Orig. gent. Rom., in ea contentione non modo Remum non esse occisum, sed etiam ulterius a Romulo vixisse; legens pro Egnatio *Ennium.* Quod vero displicet, cum Egnatii nomen et adferatur a Macrobio Saturn. V. 1.

124. *Saturnius illi — terra. Varro.* L. L. IV. de Capitolio ait: *Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, et ab eo late Saturniam terram, ut etiam Ennius appellat.* Versum inde exsculpsit Ios. Scaliger. In fragmentis Annii Viterbiensis, quae e Catonis Originibus inscribuntur: *A quo Saturno Saturnia olim, et ab eo late Saturnia terra.* Dionys. Halicarn. I. 34. Ἔνξενος (ubi e mente Sylburgii legi debet: Ἔννιος) δὲ ὁ ποιητὴς ἀρχαῖος, καὶ

125 Nomen erat, de quo late Saturnia terra.

✿

Exit per terras postquam celerissimu' rumor;
* Festivumque diem festinant . . . . . .

✿

Virgine' nam sibi quisque domos Romanu' rapit sas.

✿

---

pitolinum, cui nomen erat eo tempore *Saturnius, a quo terra ad dexteram Albulae ripam Saturnia dicta;* mox Quirinalem et Coelium, colles urbi viciniores, praesidio in iis locato, tamquam arces munit. 126. Erat autem Roma imago magis urbis, quam urbs. Nam incolae deerant. Augendae civitati, inter alia, lucum, qui inter Capitolium et arcem, asylum aperit, quo confugiunt, qui alicui obnoxiae noxae, et quibus apud suos mansio haud tuta. Sic brevi mirum in modum augentur habitatores. Sed uxores deerant formandis et firmandis familiis. Petunt eas a conregionalibus per legatos, sed frustra. Tecto dolore fingit Romulus Neptuno Equestri Consualia. Dies locusque ludis designantur. *Hic rumor postquam divulgatus esset per vicinas regiones, mira utriusque sexus vis Romam confluit.* 128. Celebrantur ludi. Romulus in ipso spectaculi puncto, suis dat signum. Vis oritur. Virgines a singulis domum in matrimonium rapiuntur.

ἄλλοι τινὲς τῶν Ἰταλικῶν μυθογράφων ὑπ' αὐτῶν οἴονται Πισατῶν, διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ παρὰ σφισι Κρονίου, τεθνῆναι τῷ τόπῳ τοὔνομα, καὶ τὸν βωμὸν τῷ Κρόνῳ τοὺς Ἐπειοὺς ἱδρύσασθαι μεθ' Ἡρακλέους· ὅς ἔτι καὶ νῦν διαμένει παρὰ τῇ ῥίζῃ τοῦ λόφου κατὰ τὴν ἄνοδον, τὴν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς φέρουσαν εἰς τὸ Καπιτώλιον· τὴν δὲ θυσίαν, ἣν καὶ ἐπ' ἐμοῦ Ῥωμαῖοι ἔθυον, φυλάττοντες τὸν Ἑλληνικὸν νόμον, ἐκείνους εἶναι τοὺς καταστήσαμένους.

126. *Exit per terras — rumor.* Priscian Lib. VII. *Celerissimus pro celerrimus superlativum protulerunt Cn. Manlius* (leg. *Mattius*) *in Iliade: — celerissimus advolat Hector. Ennius in Annalibus: Exin per terras p. cel. rumor.* Ubi Merula legit: *Exit.*

127. *Festivumque — festinant.* sc. vicini vicinaeque. *Serv.* ad Virgil. Aen. IX. 401. *Ennius: Festivum festinant diem. Philargyrius* ad Virg. Georg. IV. 170. *Ennius: Festinant diem.*

128. *Virgines — sas.* Festus: *Sas Verrius putat significare eas, teste Ennio, qui dicat in libro primo: Virgines*

. . . . fusis, sine mente, atque sine ullo
130 Subiicerent . . . . . .

Quis pater aut cognatu' volet vos contra tueri?

---

129. Virgines, fusis lacrimis, sine mente atque sine ullo animo se subiiciunt. 131. Parentes moesti domum profugiunt, deos in vindictam violati hospitii, et ultionem illati dedecoris invocant. Circumit Romulus inter virgines, et docet, patrum id superbia factum, qui finitimis connubium negarant, illas tamen in matrimonio, in societate fortunarum omnium, civitatis et liberum fore; mollirent modo animos, hortatur, et quibus fors corpora dedisset, darent illae animos; vias omnes ad suos redeundi praeclusas; *parentes etiam et cognatos raptas et corruptas, si danam sibi quisque domi Romanus habet sas, quum suas magis videatur significare.* Merula legit: *domos — rapit. Rapere* vox in nuptiis propria. Raptum virginum Sabinarum, peculiari in volumine Ennium tractasse, Angel. Maius ad Ciceron. de re publ. II. 7. putat, locum e Iul. Victoris arte rhetorica. cap. 6. Z. 6. a se edita Romae 1823, qui *Ut*, ait, *Sabinis Ennius dixit: Cum spolia generis detraxeritis, quam inscriptionem dabitis?* et Macrobii locum e Saturn. VI. 5., ubi: *Ennius in IV Sabinarum; Neque triste queritat sinapi, neque cepe moestum*, adferens, H. Columnamque obiurgans, quod in ultimo loco, legerit: *Ennius in IV Satirarum.* Ultimum locum citat et Serv. ad Virg. Georg. I. 75. suppresso operis Enniani nomine.

129. *fusis.* — *Nonius: Fundere est liquorem defundere — fundere, prosternere, iacere. Virg. Aen. I.* 192. *Quam Septem ingentia victor Corpora fundat humi. Et Aeneid. lib. II.* (al. *Ennius* Annalium libro I.) *fusis sine m. s. u. subiacerent;* ad quem locum Mercerius, „Expressi, ait, locum corruptissimum, ut reperi in libris. Verisimillimum mihi videtur, quod notatum in ora editionis Iunianae, esse ex Ennio, nam certe in toto Virgilio nihil tale".

131. *Quis pater* — Citatur a *Varrone* L. L. VI. suppresso autoris et libri nomine. Certe Ennii versus. — *vos* al. *nos*, ut sint verba raptarum ad pacem hortantium.

132. *Aversabuntur. Nonius: Vultus masculino genere appellatur et neutro. Ennius: Aversabuntur — vulta.* Al. *nos — nostraque. — Glossar. Fornerii: Aversari ἀποτρέπεσθαι. Ennius in I.*

* Aversabuntur semper vos vestraque vulta!

✠

Occiduntur, ibus potitur ratu' Romulus, praedâm

Dispertit . . . . . .

* Exspoliantur eos, et corpora nuda relinquunt;

* Ferro foedati . . . iacent . . . . .

✠

Quum superûm lumen nox intempesta teneret.

✠

---

retur reverti, cum dedignatione intuituros ostendit; (132.) *immo eosdem, quas genuerant, aversaturos, et cum exsecratione quâdam, abominaturos esse.* 133. Interea tres populos, Caeninenses, Crustumninos, Antemnates iustus dolor armat. Congregantur illi ad T. Tatium, Sabinorum regem. Auxilia petita impetrant quidem, sed lente illa parantur. Neque etiam Crustumnini et Antemnates satis festinant. Caeninenses tamen sine mora castra movent. 135seq. Conserta manu, cum Romulus ducem Acronem singulari proelio obtruncasset, caeterus Caeninensium exercitus funditur. *Obtruncantur passim hostes, illorum urbem primo impetu potitur Romulus, et militibus praedam dispertit.* Antemnates mox in fines Romanos irrumpunt. Rapta contra eos Romana legio palantes in agris opprimit; caeduntur longe latèque. Fatigant Hersiliam, Romuli coniugem raptae. Illa maritum reducem et duplici victoria ovantem, orat, ut parentibus raptarum daret veniam, et in civitatem eos acciperet. Facile impetratum. Romulus spolia opima, regia arma Iovi Feretrio in monte Saturnio consecrat. — Novissimum bellum a Sabinis ortum, duce T. Tatio. Praeerat arci Saturniae Sp. Tarpeius, cuius filiam auro corrumpit Tatius, ut arcem traderet. 137. Sabini intempesta nocte immissi, virginem armis obrutam, necant. (A. VII.)

133. *Occiduntur. Festus: Ratus i. e. firmus. Ennius: Occiduntur, ubi potitur r. R. praedam. Glossarium* Fornerii: *Dispertio διανέμω. Ennius: praedam dispertit.*

135. *Exspoliantur — relinquunt.* Citatur versus a *Donato* de schematibus, suppresso nomine auctoris et libri. Putatur tamen esse ex Ennii annalibus.

136. *Ferro foedati iacent. Serv.* ad Virgil. Aen. III. 241. *Ennius: ferro foedati iacent, i. e. cruentati.*

137. *Quum superum lumen* — Citat *Macrobius* Saturnal. VI. 1. ex libro primo Enniі, committens cum Enniano Vir-

Adgrettus fari: *Divumque hominumque pater, rex,
. . . . . *Saturno sancte create,
*Qui coelum versas stellis fulgentibus aptum,
. . . . . *qui fulmine claro
Omnia per sonitus arces, ...
*Tu face vero, quod te cum precibus, pater, oro!

---

138. Arcem captam dolent Romani, qui, duce Romulo, adversus Tatium et Sabinos procedunt. Atrox conseritur proelium; inclinat acies Romana. Iovem Romulus precibus sollicitans, ut foedam suorum sisteret fugam, Statori templum vovet, et *adgressus fari: Iupiter tuis iussus avibus hic in Palatino prima urbi fundamenta ieci, arcem iam scelere emtam Sabini habent, inde huc*

gilii illud Aen. III. 587.: *Et lunam inimbo nox intempesta tenebat.*

138. *Adgrettus fari.* *Fest. Adgrettus, apud Ennium: Adgrettus fari, pro eo, quod est Aggressus poniter.* — *Divumque hominumque pater, rex.* Citatur ex Ennio a Varrone L. L. IV. non indicato operis nomine. Tum a *Cicer.* de nat. deor. II. 25. *Sed ipse Iupiter, i. e. iuvans pater, quem conversis casibus appellamus a iuvando Iovem, a poetis pater divumque hominumque dicitur.* Sic et poeta libro Annal. VI. 19. *Tum cum corde suo divum pater atque hominum rex Effatur*—Conf. et Annal. VII. 60.

139. *Saturno sancto create.* Citat *Serv.* ad Virg. Aen. X. secundum Columnam et Merulam (ipse locum non indagare potui) hoc fragmentum ex Ennio, suppresso operis nomine.

140. *Qui coelum—aptum.* Citat *Macrob.* Saturn. VI. 1. e libro prime Ennii committens cum Virg. Aen. IV. 482; *versas* legit Merula pro vulgato *versat.*—*aptum.* Columna et in hoc loco, et in libris III. et X. legendum putat *haptum ἀπὸ οὗ ἅπτειν*, ut *haptum sit*, inflammatum, incensum.

141. *qui fulmine—arces.* *Servius* ad Virg. Aen. I. 85. *Ennius: qui fulm. c. o. p. s. a. arces* i. e. moves, continet.

142. *face vero — oro.* *Festus: Orare antiquos dixisse pro Agere testimonio sunt, quod et oratores, et ii, qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod reipublicae mandatas partes agebant. Ennius quoque, quum dixit libro primo Annalium: face vero, quod te cum precibus pater orat* —

143. *Oro* legit Merula pro vulgato *orat.*

. . . . . *populoi Romanoi.

✥

145 . . . . . rex deinde citatus
Convellit sese . . . . . .

✥

Iam cata signa ferum sonitum dare voce parabant.

✥

Flentes, plorantes, lacrimantes, obtestantes,
*Moerentes, flentes, lacrimantes ac miserantes.
150 . . . . . *Neriene Mavortis

✥

---

armati superata media valle tendunt. At tu pater deum hominumque, hinc saltem arce hostes. 144. *Deme terrorem* (populo Romano) *Romanis* etc. (Allocutio hoc modo legitur in Livio I. 12. qui Ennium fere ad verbum expressit.) — Effatus illa Romulus, itera pugnam, 145. et citatus convellit se suosque contra hostes. 147. Iam tubae signum pugnae dare parabant, cum saevientibus intervenient, ex transverso impetu raptae, 148. 149. cum fletu, lacrimis, obtestatione. Dirimunt infestas acies, dirimunt iras.

150. Inter illas Hersilia facile prima ad T. Tatium viam gar-

144. *populoi Romanoi.* Citat *Victorin.* de ortographia, suppresso auctoris et libri nomine. Columna putat esse frustillum Ennii.

145. *rex — sese.* Serv. ad Virg. Aen. IX. 10. *Ennius: rex d. c. c. sese;* pro movet se.

147. *Iam cata signa — parabant.* Varro L. L. VI. citat ex Ennio, suppresso operis nomine. — *cata* i. e. acuta.

148. *Flentes — obtestantes.* Auctor ad Herennium. IV. 12. *Et si non utemur continenter similiter cadentibus verbis, hoc modo: Flentes pl. l. obtestantes.*

149. *Moerentes — miserantes. Charisius* L. IV. *ὁμοιόπτωτον est oratio excurrens in eosdem casus similes, ut: Moerentes fl. l. ac miserantes. Diomedes* lib. II. *Homeoptoton sit, quum oratio excurrit in eosdem casus et similes fines, ut Ennius: Moerentes fl. lacr. ac miserantes. Donatus* de specie schematum XIII. *ὁμοιόπτωτον est quum in similes casus exeunt verba diversa, ut: Moerentes, fl. lacrim. commiserantes.*

150. *Neriene Mavortis. Gell.* N. A. XIII. 21. *Ennius autem in I. Annali in hac versu-*

O Tite, tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti

Ast te non ut sum, summam servare decet rem

Alternum seritote diem concorditer ambo.

pit, conciliandae utrimque paris; et precata *Nerienem Mavortis* (Gell. N. A. XIII. 21.), ut sibi et raptis liceret nuptiis uti propriis, prosperis et propitiis, quae de illius coniugis consilio contigerant. 151. Adloquitur Tatium, sat damnorum utrimque datum et latum, satis fusum esse sanguinis. 152. *Te vero, Tati,* inquit, *summam decet rem servare, non ut illum* (Romulum), cuius res superior; *te* decet, ad pacem venias! 153. alternos seritote dies concordi-

Nerienem Mavortis. Et hercle, nisi, quod minime solet, numerum servavit, primam syllabam intendit, tertiam corripit. Nerienem Martis uxorem fuisse, vel Venerem vel Minervam evincit Columna, quem adhibe. E Gellii verbis: *Et Hercle,* Ennii frustillum formant alii, ut sit — *Nerienem Mavortis et Herclem.* Conf. *Gronov.* ad loc. Gellii. — *Nerienem Mavortis et Herem* legit Dacerius ad Festum, s.v. *Herem.*

151. *O Tite — tulisti.* *Donatus* de schematum specie XI. *Παρομοιον est, quum ab iisdem literis diversa verba sumuntur, ut: O Tite t. T. t. t. t. t. Charisius* lib. IV. *Παρομοιον est, quum verba omnia similiter incipiunt, ut: O Tite t. T. t. t. t. t. Priscian.* lib. XI. *Ennius: O Tite t. T. t. t. t. t.* Idem ad libr. VII. Aen. *Per ἐπέκτασιν Tute, quae est correpta, ut: O Tite t. T. t. t. t. t. Isidor.* Etymol. I. 25. *Paroimeon est multitudo verborum ex una litera inchoantium, quale est apud Ennium: O Tite t. T. t. t. t. t. Chir. Fortunatianus* Rhetoric. lib. III. *Homoeopropheron est, ut: O Tite t. T. t. t. t. t. Auctor* ad Herennium IV. 12 *Vitabimus eiusdem literae nimiam adsiduitatem, cui vitio versus hic erit exemplo: O Tite t. T. t. t. t. t.*

152. *Ast te non ut sum — rem. Festus: Sum pro eum usus est Ennius libro primo: Ast su — rem. Te* leg. Merula. Scaliger tentabat: *Ast te, non Tatium, summam servare decet rem,* quod Festi intentioni adversatur.

153. *Alternum — ambo. Charis.* Lib. II. *Concorditer, Ennius Annalium libro primo: Aeternum seritote diem et ambo.* Pro *aeternum* legit Merula: *alternum.* Agit Hersilia de consociandis Romuli et Tatii regnis. Columna legit: *Alterna scitote die concorditer ambo.*

*Accipe, daque fidem, fidusque fieri bene firmum!

. . . . . .

155 . . . . . *Tatienses.*

. . . . . .

. . . . . quem super ingens
Porta tonat coeli . . . *ager oppletur
Imbrium fremitu . . . . . *pilam vix

---

ter ambo. 154. Accipe et da fidem. 155. Tatius et Romulus dexteras iungunt, paxque concluditur. Pace conciliata, et geminata urbe, ut Sabinis aliquid daretur, Quirites a Curibus, Sabinorum metropoli, cives omnes appellantur. Ager Romanus dividitur in partes tres, *Tatiensium*, a Tatio, Ramnensium, a Romulo, et Lucerum a Lucumone, vocitatae. Concors regnum duobus regibus diu fuit. Tatius vero, anno quinto, postquam Romae regnare coeperat (XIII.), Lavinii interfectus est. — 156. Quum Romulus urbem atque imperium Romanum multis praeclaris institutis fundasset, domesticamque disciplinam stabiliisset, (XXXVII.) Nonis Quintilibus recenset ad Caprae paludem, exercitum, quem super ingens porta tonat coeli. 157. Saeva tempestas oritur, ager oppletur imbrium fremitu, 158. potuit pilam vix mediam sol complere, cohum coeli terroribus impletur.

154. *Accipe — firmum. Macrob.* Sat. VI. 1. citat ex Ennii libro I, comparans versum cum Virgilii Aen. VIII. 150. *Accipe daque fidem, sunt nobis fortia bello pectora. — fidus. Varro* L. L. IV. *Fetiales, quod fidei publicae inter populos praeerant. Per hos etiam nunc fit foedus, quod fidus scripsit Ennius dictum.*

155. *Tatienses. Varro* L. L. IV. *Ager Romanus primum divisus in partes tres, a quo tribus appellatae, Tatiensium, Ramnium, Lucerum nominatae, ut ait Ennius, Tatienses a Tatio, Ramnenses a Romulo, Lucereses, ut ait Iunius, a Lucumone.*

156. *quem — coeli. Seneca* Epist. XIX. 19. *Felicem deinde se putabat, quod invenerit, unde visum sit Virgilio dicere — quem s. i. p. t. c. Ennium hoc ait Homero surripuisse, Ennio Virgilium. Homer.* Iliad. Θ. πύλαι οὐρανοῦ.

157. *ager — fremitu. Serv.* ad Virg. Geo. I. 12. *Ennius: Ager o. i. f.*, ut probet *fremitum* pro aquae murmure dictum. Conf. Virg. Aen. I. 55. XI. 299.

158. *pilam — vix coeli.* Hunc locum Scaligero referimus

Sol mediam complere; colum terroribu' coeli

160 . . . . . repostus

*Transnavit citu' per teneras caliginis auras.

Iuno, Vesta, Ceres, Deiana, Minerva, Venus, Mars,

Mercurius, Iovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo,

*Divi aevi integri *coenacula maxima coeli;

---

160. *Repositus* rapitur ex suorum conspectu Romulus, et *transnavit cito per caliginem.*

162. Mortuo Romulo fingit poeta concilium deorum deorumque, deliberantium, utrum inter deos recipiatur, nec ne. Conveniunt Iuno, Vesta et reliqui. 164. Implent coenacula coeli.

acceptum, qui eum ex veteri membrana transcripsit. Turnebus autem Advers. XX. 29, eum ita ait in antiquissimo H. Memmii libro scriptum reperisse. *Cous est, quo coelum continetur, unde Ennius: Vix solum complere coum terroribu' coeli.* COLUMNA.

160. *repostus. Serv.* ad Virg. Aen. I. 26. *Ennius: repostus.* Ad illa Virgilii: — *manet alte mente repostum.*

161. *Transnavit citus — aures. Philargyr.* ad Virg. Georg. IV. 57. *Nare pro volare, Ennius in primo: Transnavit cita per ten. calig. auras.* Pro *cita* Merula legit *citus.*

162. *Iuno — Apollo. Apulei.* de deo Socratis: *Quorum in numero sunt illi duodecim numero, situ nominum in duos versus ab Ennio coartati: Iuno — Apollo, Marcian. Capella* in nuptiis philologiae: *Tunc etiam ut inter alios potissimi rogarentur ipsi collegae Iovis, qui bisseni ab eodem Tonante numerantur, quosque distichum complectitur Ennianum: Iuno — Apollo.*

163. *Iovis* antiquitus pro Iupiter, quia Iupiter idem qui Iovis pater, ut Marspiter. Conf. Varro L. L. VII. Augustin. de civ. dei VII. 9. 14. 15.

164. *Divi aevi integri. Serv.* ad Virg. Aen. IX. 256. citat *Ennius: integros aevi deos dicit quibus multum aevi superest.* h. e. immortales. Hemistichium a Merula restitutum, et cum prioribus connexum. — *Coenacula maxima coeli.* sc. implent. *Tertull.* advers. Valentinianos: *Omnium primus Ennius pronunciavit: coen. m. coeli, elati situs nomine, vel quia Io-*

165* Considunt tectis bipatentibus . . . . . .

Constitit inde loci, propter sos Dia Dearum

Unus erit, quem tu tolles in coerula coeli
Templa . . . . . .

Respondet Iuno Saturnia sancta dearum:

---

165. Considunt tectis bipatentibus. 166. Consurgit Venus cum Marte, rogant Iovem (de Marte hoc innuit Ovid. Fast. II. 485. Metamorph. XIV. 805. ubi poeta Ennium ad verbum fere expressit), ut Romulus filius Martis deorum numero adscribatur. 167. Mars dicit, ut apud Ovidium: *Unus erit, quem tu tolles in coerula coeli Tu mihi dixisti; sint rata dicta Iovis.* 169. At vero Iuno Romano-

vem illic epulantem legerat apud Homerum. Virgilii *interpretes* a Maio editi. p. 63. *Et Ennius non tantum domum, sed etiam coenaculum coeli.*

165. *Considunt tectis bipatentibus. Serv.* ad Virgil. Aen. X. 5. *Considunt t. bip. — Physice dixit, nam coelum patet ab ortu et occasu. Est autem sermo Ennianus, tractus ab hostiis, quae ex utraque parte aperiuntur. Unde et modo bipatentibus, apertis intelligimus, quod intrantibus et exeuntibus pateant.*

166. *Constitit — dearum. Festus: Sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius Libro I. Constitit i. l. p. s. d. d. — inde loci.* Sic alibi poeta, libro X: *Inde loci lituus sonitus effundit acutos.*

167. *Unus erit — templa. Varro* L. L. VI. *Dicam isto libro de verbis, quae a poetis sunt posita — — Incipiam hinc: Unus erit, quem tu tolles in coerula coeli templa.* Scaliger putat ex primo libro Ennii. Certe Ovidius, Ennio utens, II. Fastor. 487. inducit Martem, qui ἀποθέωσιν Romuli apud Iovem molitur his verbis: *Unus erit, quem tu tolles in coerula coeli Tu mihi dixisti; sint rata dicta Iovis.* Et in libro Metamorph. XIV. 812. *Tu mihi concilio quondam praesente deorum, Nam memoro, memorique animo pia verba notavi, Unus erit quem tu tolles in sidera coeli Dixisti; rata sit verborum summa tuorum.*

169. *Respondet — dearum. Donatus,* quo loco docet soloecismum fieri *per comparationem, ut: Respondit Iuno Saturnia sancta dearum. Serv.* ad Virgil. Aen. IV. 576. *Secundum Ennium dixit: Respondit Iuno Sat. sancta dearum.*

170 *O genitor noster Saturne, maxime divum

. . . . . runata recedit.
Iuppiter hic risit, Tempestatesque serenae
Riserunt omnes risu Iovis omnipotentis;
. . . . . * divum domus altisonum coel.

175 Romulus in coelo cum Diis genitalibus aevum

---

rum invidens potentiae iam inde ab initio, quia teste poeta apud Serv. ad Aen. I. 285. non prius nisi bello Punico secundo placata fuit et Romanis favere coepit, sententiam rogata, secus de consecrando Romulo, quam reliqui Dii deaeque sentit. 171. Lis exinde orta cum Minerva *runata*, quae recedit subirascens.

172. Iupiter inde risit cum Tempestatibus serenis, 174. ita ut contremeret deorum domus, coelum altisonum. 175. Evinci-

170. *O genitor — divum.* Citatatur a *Prisciano* L. 1. suppresso auctoris et libri nomine. Columna putat, versum esse Ennii.

171. *Runata recedit. Festus: Runa genus teli significat. Ennius: runata recedit, i. e. pilata.*

172.—178. *Iuppiter hic risit — omnipotentis. Serv.* ad Virgil. Aen. I. 254. ed Burmanni: *Ennius: Iupiter hic risit, tempestatesque serenae R. o. r. I. o. — serenae.* Casp. Barthius ad Avian. fab. XIV. 10. legit: *serenat.* Sed inducuntur a poeta Tempestates, tanquam deae, quibus capta Corsica et Aleria urbe, templum dedicasse L. Scipio dicitur in inscriptione notissima ap. Burmann. in Anthol. lat. II. 48.

175. *Romulus — degat. Cicer.* Tusculan. I. 12. *Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitae, quae in claris viris et feminis dux in coelum soleret esse, in ceteris humi retineretur, et permaneret tandem. ex hoc et nostrorum opinione: Romulus in coelo cum diis agit aevum, ut famae adsentiens dixit Ennius. Servius* ad Virg. Aen. VI. 764. *Aevum proprie aeternitatis est, quae nonnisi in deos venit. Ennius: Romulus in coelo cum Diis genitalibus aevum degit.* Idem ad Aen. VI. 778. *Romulus secundum Ennium refertur inter deos cum Aenea.* Conf. quae dixi ad v. 89. — *diis genitalibus.* Genitales dii Romulo, a quibus

Degat . . . . . .

✿

Pectora dura tenet desiderium, simul inter
Sese sic memorant: o Romule, Romule die,
Qualem te patriae custodem dii genuerunt!
180 Tu produxisti nos indu luminis oras,

---

tur tandem, superata Romuli bono, votis, et fit decretum Iovis, ut Romulus in coelum susceptus, cum Diis genitalibus, i. e. Saturno, Iove, Venere, Aenea et Marte, aevum degat.

177. Romani interim, cum essent iusto rege orbati, moestam effundunt querelam, laudes eius extollentes.

genitus. Hunc locum designat *Cicero* de oratore. III. 38. *Vel saepe vel sine coniunctione verba novantur, ut illud senis diserti* (Ennii) *Dii genitales.* Merula.

Vulg. *ut ille senius, ut Di genitales.*

176. *Degat* Merula legit pro vulgato: *degit.*

177. *Pectora — oriundum. Cicero* de re publ. II. 41. *Iusto quidem rege cum esset populus orbatus, Pectora dia tenet desiderium, sicut ait Ennius, post optimi regis obitum, simul inter sese sic memorant, o Romule, Romule die, q. t. p. c. d. g. O pater o genitor o sanguen Diis oriundum. Non heros nec dominos appellabant eos, quibus iuste paruerant, denique ne reges quidem, sed patriae custodes, sed patres et deos. Nec sine causa: Quid enim adiungunt: Tu produxisti nos intra luminis oras. Vitam, honorem, decus sibi datum esse iustitia regis existimabant. — Lactant.* de fals. relig. I. 14. *Nam Romulum desiderio suis fuisse, declarat Ennius, apud quem populus amissum regem dolens, haec loquitur: o Romule, Romule dic o, Qualem t. p. c. d. g. Tu p. n. intra l. d. O pater o genitor o sanguen Diis oriundum. — Calpurn. Piso* MS. de contin. vet. poet. Libro I. *Iteratio, quam Graeci ἀναδίπλωσιν vocant, si dextre collocatur, magnum ornatum adfert orationi. Omnis aetas hic excellit. Non male Livius Andronicus in Odyssea: Ah vestros, dum hic mantatis, irruet nervos perduelles. Melius Ennius in Annal. III. O Romule Romule dico. Optime Lucilius* etc. — *pectora dura.* Sic legit Steinackerus ad h. l. pro vulgato: *dia.*

178. *Romule die.* Ridicule *Romule dic o.* Quamquam iamdiu Ursinus eam protulit emendationem, quae nunc a Vaticano palimpsesto confirmatur. *Maius.*

180. *indu* legit Merula pro *intra.*

181 O pater, o genitor, o sanguen Diis oriundum!

181. *O pater — oriundum.* Priscian. Lib. VI. *Hic sanguis, huius sanguinis, quod veteres hoc sanguen dixerunt. Cicero in Hortensio:, ut ait Ennius: Refugiat timido sanguen atque exalbescat metu. Idem in II.* (al. in I.) *Annalium: — O genitor, o sanguen Diis oriundum.*

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER SECUNDUS.

(AB URBE CONDITA XXXVIII — CXXXVII.)

1 Ingens cura mi' cum concordibus aequiparare.

1. Erant, qui regem Patrum s. Senatorum manibus discerptum taciti arguebant. Certe sollicita Romuli desiderio et Patribus infensa civitate, subornatur Iulius Proculus, vir nobilis et Romulo amicitia devinctus. Is in concionem prodit, revocaturus in mutuam concordiam Patres et plebem; iuramento affirmat, Romulum e coelo descensum sibi comparuisse in Agonio colle (mox Quirinali), eique mandasse, ut nunciaret Romanis, deos ita velle, ut urbs sua caput orbis suique cives omnium gentium essent Domini. Facile creditum haec nuncianti, et facta immortalitatis fide,

1. *Ingens cura — aequiparare. Priscian.* lib. XIII. *Sic ergo ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, mei, tui, sui, ἐμοῦς, σοῦς, οὕς, mis, tis, sis; sed propter supradictam causam tacitus est tertiae huiusmodi genitivus. Ennius in II. Ingens cura mis c. c. aequiparare. Mis dixit pro mei.* Scaliger legit: *Ingens cura mihi concordibus aequiparare.* Merula legit *mi* i. e. *mihi*, ut in Prisciano sit *mi dixit pro mihi.* Sensus: Summam adhibeo diligentiam, singularem impendo curam, Patres, quum nullas non vias quaero, quibus redire vobis licet in mutuam cum plebe concordiam, et aequiparari potestis iis, quibus, arctissimo amicitiae vinculo coniunctis, non publicae magis solent cordi esse

Ecquis exter erat, Romae regnare quadratae?

✿

. . . . . musarum

Pompilius cluvit . . . . . .

✿

Quum tonuit laevum bene tempestate serena,

---

desiderium Romuli, apud omnes lenitura. 2. Romulo novus subficiendus rex Romanorum versat animos. (XXXVIII.) Inter ordines certatur. A Sabinis oriundi sui corporis regem moliuntur; veteres Romani regem peregrinum adspernantur. Variatur quidem; regem tamen omnes volunt. Dum rex quaeritur, ne caput deesset, ad interregnum itur. Patres, factis decem decuriis, imperitant unum annum. Plebs fremit regnandi rationem, plures pro uno Dominos factos. Advocatur concio. Iubentur ab interrege Quirites regem creare, ita Patribus visum esse; Patres, si dignum, qui secundus a Romulo numeretur, crearint, auctores futuros. Id plebi adeo gratum, ut totum fere quaerendi regis negotium in Patrum arbitrium reiecerit. Hi, quum Romae neminem invenirent, dispiciunt, *ecquis exterus esset, qui urbi regnare posset.* 3. Numa Pompilius ob familiaritem cum musis, iustitiam et religionem clarus erat. Divini et humani iuris consultissimus Curibus Sabinis habitabat. Proponitur; eius nomine audito, ad unum omnes regnum illi deferendum decernunt. 5. Is, Romam

et curae, quam privatae dissensiones. Verba sunt Iulii Proculi ad Senatum, a quo paulo post mitigandae plebi subornatus. MERULA.

2. *Ecquis — quadratae.* *Festus: Quadrata Roma in Palatio ante templum Apollinis dicitur, ubi posita sunt, quae solent boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi, quia saxo munitus est initio in speciem quadratam. Eius loci Ennius meminit, quum ait: Et quis exstiterat Rom. r. quadratae.* Ursini editio: *Et quis est erat R. r. q.* Scaliger legit: *Et quibu' lex steterat R. r. q.* — Ut posui, legit Merula; Alii: *Et quis se sperat R. r. q.* Conf. Dacerium.

3. *Musarum — cluvit.* *Nonius* v. *cluet. Varro Oenolyra, Pacuvius: discipulus is bicorporis cluit. Ennius: Musarum Pompilius cluit.* Sic optime Hadrianus Iunius.

5. *Quum — serena.* *Cicer.* de divinat. II. 39. *Quae autem est inter Augures conveniens et coniuncta constantia? Ad nostri augurii consuetudinem dixit Ennius: Quum t. l. b. t. s.* Varro in Eumenid. *Dum sermone*

*Contremuit templum magnum Iovis altitonantis

Olli respondet suavis sonus Aegeriaï:

. . . *flamines, Martialem, Quirinalem,*

accitus ante omnia deos ex more de se consuli iubet. (XXXIX) Addicentibus auspiciis rex declaratur.

7. Sic regno potitus, urbem quae armis condita erat, iure, legibus, et moribus de integro condere parat. Efferatos militia animos armorum desuetudine mitigandos ante omnia ratus, Iano templum, quod apertum belli, clausum pacis indicium esset, excitat. Congressus habet nocturnos cum dea Egeria in nemore Aricino. Eius se *responso et monitu*, quae acceptissima Diis essent, sacra instituere et sacerdotes cuique deo praeficere coepit. 8—10. Omnium primus annum ad lunae cursum describit, dies distin-

coenulam variamus: Intereu tonuit bene tempestate serena.

6. *Contremuit — altitonantis. Varro* L. L. VI. *A tuendo primum templum dictum, quocirca coelum, qua tuimur dictum templum. Sic: Contremuit t. m. I. altitonantis.* Non indicato auctore; praecedentia et sequentia satis docent, esse Ennii.

7. *Olli — Aegeriaï. Varro* L. L. VI. *Apud Ennium: Olli resp. suavis s. Egeriai. Olli valet dictum illi, ab olla et ollus, quod alterum comitiis cum recitatur: Olla centuria, non illa; alterum apparet in funeribus indictivis, quum dicitur: Ollus letho datus est.* De congressu Numae cum Egeria vid. Ovid. Metam. XV. 487. 550. Fast. III. 275 sqq. Valer. Antiat. ap. Arnob. adv. gentes. V.

8. *Flamines. Varro* L. L. VI. *Eundem Pompilium Numam ait* (Ennius, ut e praecedentibus patet) *fecisse Flamines, qui cum omnes sint a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent etyma, ut cur sit Martialis, Quirinalis.* Dialem, Martialem et Quirinalem flamines creasse Numam, Dionys. Halic. L. II. Livius et Aurel. Victor d. viris illustrib. tradunt, Dialem et Martialem a Romulo creatos vult Plutarchus in Romulo. Conf. et Augustin. de civ. dei. II. 15.

9. *Mensas — tutulatos. Varro* L. L. VI. *Apud Ennium: Mensas constituit, idemque ancilia. Ancilia dicta ab ancisu,*

Mensas constituit, idemque ancilia primus,
Libaque, fictores, argeos et tutulatos.

❖

Me regat aequa Fides, regno, vobisque Quirites,
Res fortunatim, feliciter ac bene vertat.

❖

---

guit in fastos et nefastos. Sacerdotum plura genera excogitat. Triginta Curiones, quorum primus Curio Maximus, III flamines, Dialem Iovi, Marti Martialem, Quirinalem Romulo, vocato Quirinum. Mensas constituit, ancilia sancta imperii pignora, liba, fictores, argeos et tutulatos etc. 11. 12. Primus templum sacrat *Fidei.* (XL et seqq.)

quod ea arma ab utraque parte, ut peltae Thracum, incisa, Saturnio in carmine. Libaque, fictores, Argeos et tutulatos. Liba, quod libandi causa fiunt, fictores dicti a fingendis libris; Argei ab Argis. Argei fiunt e scirpeis virgultis, simulacra sunt hominum triginta, ea quotannis a ponte sublicio a sacerdotibus iaci solent in Tiberim. Tutulati dicti hi, qui in sacris in capitibus habere solent, ut metam. id tutulus appellatur, ab eo, quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt tutulos, sive ab eo, quod tuendi causa capilli fiebant, sive ab eo quod altissimum in urbe quod est, ea res tutissima, tutulus vocatur. Eundem Numam Pompilium ait fecisse Flamines etc. *Festus: Tutulum vocari aiunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, et exstructum in altitudinem; quidam, pileum lanatum forma e tali figuratum, quo Flamines ac pontifices utantur, eodem nomine vocari. Ennius: Libaque, Fictores, Argeos et Tutulatos. Mensas* — ut tamquam arae sacrorum caerimoniis essent dicatae.

11. 12. *Me — vertat. Nonius: Fortunatim, prospere. Ennius Annalibus: Mi reliquae fidei, regno, vobisque Quirites, Se fortunatim, feliciter ac bene vortat.* Ut recudi curavi, legit Merula. Al. *Eae mihi reliquae fidei.* Cod. Dorvill. *Ea mihi reliqua* — Palatinus: *Ea mihi relinque fidei regno.* Columna ad h. l. adduxit formulam ex Censoriis tabulis ap. Varron. L. L. V. *Quod bonum, fortunatum, felixque salutareque sit populo Romano Quiritium, reique publicae populi Romani Quiritium, mihique, collegaeque meo, fidei, magistratui nostro.* His innisus legit *Reuvens* Collectan.

Si quid me fuvit humanitus, ut teneatis.

---

13. His omnibus ita constitutis attribuit, quem legerat, Pon-
a, Numae Marcio M. F. Sacra omnia exscripta exsignataque;
: illum et caeteros sacerdotes, *si quid humanitus sibi contin-
ut stricte omnia tenerent* et servarent. Sic, ut Romulus
pace civitatem auxit Numa, qui octogenarius et morbo so-
quum XLIII annos regnasset, urbem tradit posteris, et belli
is artibus temperatam. (LXXXI.) Numa mortuo, regnum ul-
tum Tullo Hostilio. (LXXXII.) Hic, Romulo etiam ferocior,
ne belli materiam quaerit. Forte praedas Albani ex Ro-
, Romani ex agro Albano agebant. Velitatum diu altrinse-
pe incerta, certa clade. Tandem clarigatum utrimque mit-
: legati. Imperitabat Albae C. Cluilius. Romani res repe-
astu Tulli, priores; neganti Albano bellum a Tullo, in tri-
um diem indicitur. Albanorum legati, eorum, quae Alba
ignari, posteriores socordius id agunt. Tullus deos testes
uter populus prius res repetentes legatos adspernatus dimi-
at in eum omnes futuri belli clades exspuant. Sic dimissi le-
Paratur et Romae et Alba summa ope bellum. Albani prio-
m magno exercitu impetum faciunt in agrum Romanum.
o in castris C. Cluilio subficitur dictator Metius Fuffetius.
m Tullus infesto exercitu in agrum Albanum pergit. Ea
etium a stativis excitat, et castris, quam proxime poterat,
u versus motis, per legatum Tullo nunciat, priusquam di-
ur, opus esse colloquio. Haud abnuit Tullus, suos nihilo-
in hostem educit; exeunt contra et Albani. In medium
procedunt. Ibi varie sermocinantur de imperii cupidine,
pe belli causa, de vicino in utriusque perniciem vigilante
o, qui finito proelio, utrosque fessos, simul victorem et vi-

ia. p. 91. *Ennius in An-
s I*** — mihique Colle-
e, fidei, regno, vobisque
es Se fortunatim, feliciter
ne vortas*, addens, verba
o quodam magistratu, qui
am haberet, aliaque oc-
e prolata esse. „*Fidei*, ait,
misecin antiquis frequen-
am, dissyllabum est. Et
a est in libri citatione; quippe in voce *ea* latet numeri indicatio."

13. *Si quid — teneatis. Festus: Me pro mihi dicebant antiqui, ut Ennius, quum ait libro secundo: Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis. Pro fuerit* Merula legit *fuvit*, alii *fuvat*. Atticismus, cum accusativus loco dativi positus. Sensus: si mors mihi contigit, nam eum

. . . . quianam legiones caedimu' ferro?

15 Quamde tuas omnes legiones ac populares.

. . . . . haec inter sese tota vi tuditantes

. . . . . *Curios fratres* . . . .

---

ctum adgrederetur. 14. Cui bono, addit Fufetius, in cognata corpora ruimus? *cur legiones caedimus ferro?* Hoc potius agamus, comprimamus aestum iracundiae; controversiam inter nos inotam paucorum potius clade et sanguine terminare nos oportet, *quam indignis modis evertere omnes tuas et meas legiones et populares.* 16. Dum talia inter se *tractant et discutiunt* (tuditant), fortuna obtulit, quo tota lis componeretur, et bellum mitteretur in compendium.

17. Erant in duobus exercitibus tergemini fratres Horatii et *Curiatii*, nec aetate nec viribus dispares. His utriusque populi fata committenda ducunt rex et dictator. Cum his agunt, ut pro sua quisque patria ferro dimicarent, imperium fore, a qui-

mortem designabant, humanum usurpare solebant veteres, si quid humani mihi accidat, si quid humanitus accidat. *Dacerius* ad Fest v. Humanum.

14. *Quianam. Serv.* ad Virg. Aen. X. 6. *Quianam cur? quare? Sermo Ennianus: quianam legiones caedimus ferro.*

15. *Quamde.* Conf. ad Annal. I. 119.

16. *haec — tuditantes. Festus: Tuditantes, tudentes. Tuditantes negotium, i. e. agentes significare ait Cincius de verbis priscis. Ennius libro secundo: Haec inter se tota vi tuditantes. Lucret. lib. II.* 1142. (Conf. et III. 895.) *Nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam. A tudes, itis* malleus, et *tudito*, proprie malleo, tundo, impello. Et per metaphoram, negotium ago. *Dacerius* ad h. l. Festi.

17. *Curios fratres. Propert.* Lib. III. eleg. III. de Ennii scriptis: *Et cecinit Curios fratres et Horatia pila, Regiaque Aemilia vecta trophaea rate, Victricesque moras Fabii, pugnamque sinistrâm Cannensem et versos ad pia vota deos, Annibalemque lares Romana sede fugantes Anseris et tutum voce fuisse Iovem.*

Adnuvit sese, mecum decernere ferro.

Hic occasu' datus; at Horatius inclutu' saltu
. . . . . *regreditur ipse*
Gressum . . . . . .

Qui ferro minitaris, ut in te ningulu' modo
Ire queat . . . . . .

victoria steterat. 18. Horatii et Curiatii, et quidem singuli
uunt, quod quisque paratus sit, secum dimicare. Obtempe-
Horatii Tullo, Curiatii Fufetio. Foedere icto, pugnae tem-
statuitur et locus quaeritur. Tergeminis utrimque dato signo
urrentibus, duo Romanorum cadunt, tres Albani vulnerantur.
Unus Horatius, quamvis integer, viribus tamen imper, ut
occasio data erat, inclytus saltu, rem Romanam restituit.
1. *Fugam simulat*, 22. et singulos per intervalla, ut vulnerum
r patiebatur, insequentes, ferroque minitantes, adgressus
ficit, duos dans fratrum Manibus, tertium populo Romano,

. *Adnuvit — ferro.* Columnam p. 829 ed. Hesselii.
nian. Lib. IX. *Annuo, an-* Suppresso libri nomine ibi cita-
Ennius in II. Annuit sese tur ex Ennio: *Regredi gressum.*
f.

. *Hinc — saltu. Festus:* 22. *Qui ferro — queat.*
sus — quo vocabulo Ennius *Festus: Ningulus, nullus, ut*
ccasione est usus in libro *Ennius libro secundo: Qui ferro*
ido: Hic occasus datus est, *minitare atque in te ningulus*
. inclytus saltu. Scaliger *mederi queat.* Merula versum
: *Ut datus est occasus, Ho-* restituit, ut supra legitur, pro-
s inclytu' saltu. Dousa: pius ad scripturam Marsilius:
latus est occasu, at H. i. s. *Qui ferro minitere, atque in te*
rius: *Hic occasu' datu'st,* *ningulus met Ire queat — Nin-*
ratius inclytus astu. *gulus* autem pro *nec ullus, ne-*
culus, nigulus, ningulus. Da-
regreditur — Gres- *cerius* ad h. l. Festi. Sunt
Antiquae Glossae ap. verba Curiatiorum Horatium
alloquentium.

. . . . . replet te laetificum gau

✥

. . . . . *Horatia pila.*

✥

Ferro succidam, quam dictis his tolerarem,
*Insexit . . . . . .

✥

Accedit, sum qui dederat in luminis oras

✥

---

ut Albanis imperaret. 24. Romani laetantes et gaudio elati (allocutio poetae ad campum Romanorum: *replet te laetificum gaudium*) summo Horatium victoria ovantem excipiunt. 25. Is trophaea, quibus onustus et magno exercitu comitatus Romam redibat, figit. Locus a posteris appellatus *Pila Horatia.*

26. Obvia fratri soror, viso paludamento Curiatiorum unius, cui iam desponsata erat, in lacrimas erumpit, et solutis crinibus, multis verbis (quae pathetica admodum apud Dion. Halicarn.) fratrem accusat crudelitatis. Degenerem stirpem indignatus Horatius, et parum pudicas ratus lacrimas atque intempestivo amori datis, *ferro succidam*, dixit, *te sororem, prius, quam dicta tua tolerem.* Stricto itaque gladio, increpans puellam, oblitam fratrum caesorum, oblitam patriae, transfigit, et tum immaturo amore ad sponsum abire iubet. 28. Atrox visum Patribus et plebi

24. *replet — gau.* Ausonius in Grammaticomastige: *Ennius ut memorat: replet te laetificum gau. Glossarium* Fornerii MS. *Gau, Gaudium, Χάρμα. Ennius in II.*

25. *Horatia pila.* Conf. ad versum 17. — Meminit P. Victor in VIII. urbis regione, foro Romano, *Pila Horatia, ubi trophaea locata.*

26. *Ferro — tolerare. Festus: Tolerare, patienter ferre. Attius in Neoptolemo: Haut quisquum potis est tolerare acritudinem. Ennius libro secundo: Ferro secedere, quam dictis his toleraret.* al. *ferro se caede.* Ut reposuimus, legit Merula. Fulv. Ursinus: *Ferro se caedi* — Scaliger ad Festum: *Ferro caedere se* — tum: *Ferro succidi* — Ian. Dousa: *Ferro secedere* — Al. *Ferro se caedet* —

27. *Insexit. Fest. Inseque apud Ennium, dic. Insexit, dixit.*

28. *Accedit — oras. Festus: Sum pro eum usus est Ennius libro secundo: At se se sum quae dederat in* l. *oras.* E lectione Merulae versum recudi curavimus. Sed Dacerius ad h. l. inquit: „Immo forsan nihil

Et simul effugit speres ita funditù' nostras

30 . . . . . Metieo Fufetieo

Horatii facinus. Rapitur in ius. Iudicant duumviri Horatio perduellionem. Advocatus lictor ligat manus, iniicit laquetum. Provocat ille. De provocatione certatur ad populum. *Accedit Horatii pater*, et clamat, se filiam iure caesam iudicare; ni ita esset, patrio iure animadversurum fuisse. 29. Orat populum, ne se, quem paullo ante cum egregia stirpe conspexerat, plane orbum liberis faceret; familiae aeternitatem, quam praevidebat in copiosa prole, *cum huius filii supplicio simul effugere spem suam*. Addit multa alia movendo populo. Absolvit tandem Horatium admiratio magis virtutis, quam ius causae. — 30. Pax Albana pauci temporis. Invidia flagrat Albanorum vulgus, exprobrat *Metio Fufetio*, fortunam publicam tribus hominibus commissam fuisse. (LXXXVII.) Is rei corrigendae, Veientes clam citat et Fidenates in Romanos. Metio Tullus suo iure auxilia imperat. Locatis trans Anienem castris, Tullus contra Veientes aciem dirigit, Metium contra Fidenates dirigit, nihil suspicans proditionis. Metius aciem subducit in collem, ut extra tela adspiceret, quo res inclinaret, eoque modo fortunam sequeretur belli. Digressis

mutandum: *At se se sum q. d. i. l. o.*, ut sensus sit: at, qui Horatium genuerat, ait iure caesam filiam sibi videri, et sese in eam animadversuram fuisse, ni occupasset Horatius. Aut legendum: *Ad sese sum* etc. sc. *advocat*, ut de Horatio sermo sit, qui a lictoribus comprehensus, patrem ad se vocat.“

29. *Et simul — nostras. Festus: Speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius libro II. Et semel effugit speres i. f. n.* — Merula pro *semel* legit: simul.

30. *Metieo. Quintilian.* or. inst. I. 9. *At in eadem vitii geminatione Metieo Fufetieo dicens Ennius, poetico iure defenditur.* Ad quem locum Spaldingius: „Vulgo: *Suffetieo* male. Conf. Drakenborch ad Liv. I. 23. 4. Alterum vitium est, quod pro *Metii* scribitur *Metie*, alterum, quod adiicitur vocalis o. Frontem hexametri debent obtinere, ut verisimilior est Columnae ratio (qui verba M. F. in fronte posuit), ea, quae inferenda vocali — *Metieio Fufetieio* tertium vitium videretur commissum, si brevis putatur litera *e* in penultima et tum prima in *Metieo*, secunda autem in *Fufetieo* debet produci. Hoc facit probabile Virg. Aen. VI. 20. Simili casu et quantitate *Androgeo*. Virgi-

. . . . tractatu' per aequora campi.
*Iamque fere quatuor partum . . . . . .
*Vulturus in silvis miserum mandebat homonem,
Heu quam crudeli condebat membra sepulcro!

❖

sociis metu percelluntur Romani. Cognita Tullus perfidia, callidus et invitus periculosum commentus stratagema, magna voce exclamat, Metium illud facere suo iussu, ut Fidenatium terga invaderet. Hac voce ut terreri hostes, sic ferocius pugnare Romani. Fraus proditorum est frustra. Fuso Fidenatium cornu, Veiens in fugam vertitur. 31. Metius spectator certaminis, deducto in campos Albano exercitu, Tullo devictos hostes gratulatur. Quamquam scelerata ars hominem arguebat, benigne tamen excipitur. Postera die ad concionem advocat rex utrumque exercitum; qua habita, accusatum ac convictumque proditionis Metium, qui machinatus erat bellum et foedus Romanum Albanumque sceleratissime ruperat, *quadrigis iubet religari, et pernicibus equis in diversa per campos distrahi.* 31. Iamque fere Metius *in quatuor partes* discissus, cum semivivum rex abiici, et in silvis obiici feris, *vulturibusque* iubet. Sic Metii dissipata visceratim membra, et duplicis animi noxam poena divisi corporis expendit Metius, silente et gemente ad omnia milite Albano, qui hactenus fuerat ferocior.

lius tamen *Metii* primam syllabam corripit. Aen. VIII. 642. De Ionismo sive Atticismo nil audiendum, solum rudi orationi aevi Enniani adscribendum est."

31. *tractatus.* Citatur a Columna ex Grammatico MS. e bibl. Carbonaria, qui ea affert ex Ennio, suppr. libro.

32. *Iamque — partum.* Citat. *Charis.* L. 1. de analog. ex Ennio, suppresso libri nomine.

33. *Vulturus — sepulcro. Priscian.* lib. VI: *Vetustissimi tamen etiam homo, homonis declinaverunt. Ennius: Vulturis — sepulcro. Nam et vultur, et vulturius et vulturis dicitur. Serv.* ad Aen. VI. 595. *Sane in usu est vultur, licet Cicero Vulturus dixerit, et Plautus in Curculione: Iacit Vulturios quatuor. Quod quidem potest derivativum. Ennius: Vulturus in s. m. m. homonem. — Charis.* lib. I. *Vulturus. Ennius: Vulturus in s. m. m. h. — in silvis* al. Servii Codd. *in campo*, et quidam Codd. Charisii: *in spineto supinum m. h.*

At tuba terribili sonitu taratantara dixit

Quumque caput caderet, sonitum tuba sola peregit,
Et pereunte viro raucus sonus aere cucurrit;
*Oscitat in campis caput a cervice revulsum,
Semianimesque micant oculi, lucemque requirunt

---

35. Eodem momento Tullus Albam, quamvis urbis parentem, aemulam tamen imperii, diruendam ad tubae sonitum mandat. 36 — 40. Describit poeta, quid adversae fortunae passus sit tibicen. Cui dum canebat, caput, nescio quo modo, abscissum, et tamen cadente capite, tubam solam et absque hominis ministerio, vocem coeptam iam ab homine, peregisse. Canit fortean poeta, caput tibicinis a quodam Albanorum, ut interitum Albae impediret, abscissum, aut designat, quamvis moris esset, evertere civitates ad tubam, tamen deis quasi ritum hunc in exscindenda Alba displicuisse, quum ea urbs esset quasi genetrix Romae, ideoque merito tibicinem, qui signum dabat exstirpatu-

35. *At tuba — dixit. Serv.* ad Virg. Aen. IX. 503. *At tuba terribilem sonitum procul aere canoro Increpuit* — ait: *Hemistichium Ennii, nam sequentia ista mutavit. Ille enim ad exprimendum tubae sonitum ait: At tuba terribili sonitu taratantara dixit.* — *Priscian.* Lib. VIII. *Praeterea in nominationibus, i. e. ὀνοματοποιΐαις, sive nominum, sive verborum novis conformationibus non omnes declinationis modus sunt quaerendi. Taratantara. Ennius: At t. t. s. taratantara dixit.* — Albam ad clangorem tubarum eversam fuisse narrat Serv. ad Aen. II. 313. *Plerumque enim ad tubam evertunt civitates, sicut Albam Tullus Hostilius iussit everti.*

36. *Quumque — cucurrit. Luctat.* ad Statii Theb. XI. 56. — *carmen tuba sola peregit,* adscribit: *Ennius: Dumque caput c. s. t. s. p. Et p. v. r. s. a. cucurrit.*

37 — 39. *Oscitat — animai. Calpurn. Piso* MS. de contin. vet. poet. — *Morti proximum, quin mortuum vivis coloribus depingit Ennius libro secundo Annalium, ubi sic scribit: Oscitat i. c. c. a. cervice repulsum: Semianimesque m. o. l. requirunt Nequiquam r. c. nil est animai.* — *Serv.* ad Virg. Aen. X. 396. — *semianimesque micant digiti* — Addit: *Ennii est, ut: Oscitat i. c. & a. c. revulsum Semianimesque m. o. l. requirunt;*

40 Nequicquam; reliquae carni nil est animaï.

✿

At domus interior gemitu miseroque tumultu

✿

. . haud permaceret paries percussu' trifaci

✿

---

ris, servatae odiosius consuetudinis poenas Diis solvisse. 41. A templis deorum et sacris Albae locis temperatum. *Reliqua et publica et privata complentur magno gemitu miseroque tumultu.* — Populus Albanus cum opibus urbis transfertur Romam. Civitas datur plebi, et Coelius collis ad habitandum adsignatus. Primores in patres leguntur. Ita consanguinea urbs non periisse, sed in suum quasi corpus rediisse visa. Sic crevit Roma Albae ruinis. Hac fiducia Tullus Sabinis bellum indicit. Utrimque erant minae factae, et res nequicquam repetitae. Bellum ab utrisque summa ope paratum, pugna atrox ad silvam Malicusam fuit; devicti Sabini. Tullus, quum regnasset, magna belli gloria, annos XXXII, fulminis ictu, cum regia uxore et tota familia conflagrasse dicitur. (Alii Anci Marcii insidiis exstinctum scribunt.)

42. Mortuo Tullo Ancus Marcius rex succedit. (CXIV.) Eo vix regnum orso, Latini, rupto foedere, incursionem faciunt in agrum Romanum. (CXVII.) Rex, proditis, quae posteri in omni bello servarent, caerimoniis, per feciales res repetit; superbe respondentibus bellum indictum. Politorium, urbs Latinorum, vi capitur; et paulo post Latinis, quae recuperarant, iterum erepta diruitur, multitudine omni Romam traducta. Ceteris ad Medulliam et Ficulneam acie victis, Ancus, ingenti praeda potitus, Romam redit. Hinc bellum gerit cum Fidenatibus, Sabinis, Veientibus, Volscis, et iterum cum Sabinis. Ad publica opera con-

quem versum item ad suum carmen transtulit Varro Atacinus.

41. *At domus — tumultu.* Virgil. Aen. II. 486. *At domus interior gemitu miseroque tumultu Miscetur, penitusque cavae plangoribus aedes Foemineis ululant; ferit aurea sidera clamor.* Ad quem locum Servius: *De Albano excidio translatus est locus.* Inde versum 41. ad Ennii fragmenta retulerunt Columna et Merula, qui addit: „Intelligit mihi Grammaticus, nonnulla ibi Virgilii, et plura forte, quam poetae ausus ego adscribere, transcripta ex Ennio, qui Albam iussu Tullo Hostilio radicitus eversam cecinit libro Annalium secundo."

42. *haud permaceret — trifaci.* Festus: *Trifax telum*

. . . . . coerula prata
* Ostia munita est; idem loca navibu' pulcris
Munda facit, nautisque mari quaesentibu' vitam.

✥

Europam Libuamque rapax ubi dividit unda,

---

versus, Ianiculum, ponte sublicio urbi coniungit. Carceres media urbe aedificat. Silva Maesia Veientibus ademta, et ad usum navium publicata. *Romam lapideo muro cingit, ne domus in obsidione laederentur.* 43. Imperium profert ad mare. (CXXVII.) Ibi, adscensa nava, et *coerula prata* invectus, portum *Ostiae* exstruit. 46. Et quidem ad mare mediterraneum, cuius rapax unda divi-

longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. Ennius: aut permaceret paries percussus trifaci.

43. *coerula prata. Festus: Rigido tum coerula suro, cum ait Ennius, iocatus videtur super etymo verbi coeruli. Est enim a maris colore. Eodem verbo de eadem re usus est et libro II. — coerula prata.* Sic puto locum Festi legendum ac supplendum esse. — Coerula prata nihil aliud hic, quam mare interius. MERULA.

44. *Ostia — vitam. Festus: Quaeso, ut significat idem quod rogo, ita quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium libro secundo: Ostia munita est, idem loca navibus pulcris Munda facit, nautisque mari quaesentibus vitam.*

45. Idem: *Mundus appellatur coelum, terra, mare et aer — Mundus quoque appellatur lautus et purus. Ennius: idem loca navibu' celsis Munda facit. —*

46. *Europam — unda. Cicer.* Tuscul. I. 20. *Etenim si nunc aliquid adsequi se putant, qui ostia Ponti viderunt et eas angustias, per quas penetravit ea, quae est nominata: Argo, quia Argivi in ea dilecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis* (ex Ennii Medea), *aut ii, qui Oceani freta illa viderunt: Europam Libyamque r. u. d. u.* Idem de natura deor. III. 10. *Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? quid freto Siciliensi? quid Oceani fervore illis in locis: Europam Libyamque r. u. d. u.* — Ad quae Merula: „Ennio licenter hoc adscribo, licentius autem huic loco. Commodius potuisset intelligi de Hannibale aliove traiiciente fretum Herculeum ex Africa in Hispaniam, nam fretum Gaditanum περιφραστικῶς designasse videtur Cicero."

47 . . * et Tiberis flumen vomit in mare salsum.

dit Europam et Africam, 48. loco commodissimo, ubi Tiberis fluctus suos mari immittit. — Et Ancus salinas fecit, earumque vectigal instituit; primus sellam curulem invenit etc. His rebus belli domique egregie gestis, immaturo morte populo suo est ereptus, quum regnasset annos XXIV. (CXXXVII.)

47. *Et Tiberis — salsum.* *Macrob.* Saturn. VI. 4. ad hoc Virgilii Georg. II. 462.: *Mane salutantum totis vomit aedibus undam, Pulcre*, inquit, *vomit undam et antique. Nam ait Ennius: — et Tiberis. fl. vomit in mare salsum.*

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER TERTIUS.

(AB URBE CONDITA CXXXVIII — CCXLIV.)

✽

1 Hic densis aquila pennis obnixa volabat
Vento, quem perhibent Graium genus aëra lingua.

✽

1. Anco Marcio regnante, Lucumo Tarquinius, transmarinae originis, vir impiger et divitiis potens, Romam commigrarat. Ad Ianiculum, quum ventum esset, hic *densis aquila pennis pileum* illi in carpento, cum coniuge sedenti abstulerat; et quum *obnixa vento alte subvolasset*, descendens rursum leviter capiti eius imposuerat. Laeta id augurium acceperat Tanaquil uxor,

1. *Hic densis — lingua.* *Probus* ad Virg. Eclog. VI. *Nam pro aere venti hic extrinsecus accipiuntur, ad quod argumentum collegimus Ennii exemplum de Annalibus tertio: Sic densis aq. p. o. v. Vento q. p. G. g. a. lingua.* Clericus in Liv. I. 34. versus quosdam adoratus est, forsan ex Ennio desumtos. Livius ait: *Aquila suspensis demissa leniter alis pileum aufert, superque carpentum cum magno clamore volitans, rursus velut ministerio divinitus missa, capite apte reponit, inde sublimis abit.* Clericus ibi autumat versus hosce:

— Iovis ales
Coelo suspensis demissa est leniter alis
Aufert ille apicem volitans, apteque reponit.
Inde sublimis abit —

2. *aëra.* Scalig. tentat *Aethera.*

. . . . . o domus Anci
Antiqua, heu! quam disparili domino dominare!

✿

Postquam lumina sis oculis bonus Ancu' reliquit,
* Tarquinio dedit imperium simul et sola regni

✿

Inde sibi, memorat, unum superesse laborem,

✿

---

perita coelestium prodigiorum mulier. 3, Cum hoc felici augurio urbem ingressum Tarquinium, cum novitas, tum divitiae conspicuum fecerant. Partim pecunia, partim contra Latinos industria dignitatem illi et regis familiaritatem conciliarant; adeo ut ab Anco tutor relinqueretur duobus filiis. *Sed o familia Anti, quam dispari domino dominaras!* 6. *Mortuo enim Anco* Tarquinius instat, ut quamprimum Comitia regi creando fierent. Sub tempus comitiorum filios Anci venatum ablegat; ille primus ambitiose petit regnum, et orationem habet ad conciliandos plebis animos compositam. Populus docta oratione motus, 6. Tarquinio dedit imperium et regnum, eumque ingenti consensu regnare iubet. 7. Tarquinius regno potitus ante omnia Patres legit in Senatum, eosque Minorum Gentium appellat. (CXXXVIII.) Bel-

3. *O domus Anci.* Citat *Cicero* de offic. I. 39. suppresso autoris nomine. Vulgo legitur: *O domus antiqua heu quam dispari dominare domino.* Variat lectio: *O domus Anci* etc., *O domus anti, quam d. d. d.* — Ut nos eum dedimus, restituit Heusingerus ad Cic. loc.

4. *dominare.* Passive, more veterum poetarum. Conf. *Buenemann* ad Lactant. VII. 15. 5. Ad eundem versum alludit Cicer. Phil. V. 41. *O tecta ipsa misera, quam dispari domino? Quamquam quomodo iste dominus? Sed tamen a quam dispari tenebantur?*

5. *Postquam — reliquit. Fest. Sos interdum pro suos ponebant, ut quum per dativum casum idem Ennius effert: Postquam l. sis o. b. A. reliquit. — lumina* linquere i. e. vitam, Virgilio: *lucem relinquere.*

6. *Tarquinio — regni. Fest. Solum, terram. Ennius libro tertio: Tarquinio d. i. et sola regni.* Sed non ab re alienum putarem, si solum in hoc loco non pro terra intelligeretur, sed pro solio regio, ut in Ann. I, 113.—*regni stabilita scamna, solumque.* COLUMNA.

7. *Inde sibi — laborem. Gell.* N. A. I. 22. *Invenimus in*

Proletariu' publicitus scutisque feroque
Ornatur ferro; muros, urbemque, forumque
Excubiis curat . . . . . .

lum primum cum Latinis gerit, et oppidum Apiolas vi capit. Circum exstruit et loca ibi dividit Senatorio Equestrique ordinibus. Ludos Romanos, qui et Magni instituit. (CXLIV.) Quum muro lapideo urbem circumdare pararet, coeptis intervenit bellum Sabinum, tam subito exortum, ut prius transirent Anienem hostes, quam prohibere exercitus Romanus posset. Quum semel dubio Marte esset pugnatum, recolligendi se utrimque nonnihil temporis datum. Tarquinius equitem maxime suis viribus deesse, quum animadvertisset, centurias equitum tres, quas Romulus scripserat, duplicare statuit, iisque nova imponere nomina. Negat id fieri posse Attius Navius augur. Rex ira motus, artem eludens, in experimentum, *memorat, magnum negotium sibi superesse agendum*, divinaret, fierine posset, quod mente conceperat. Futurum, quum dixisset augur, ille, hoc animo agitabam, inquit, te novacula cotem discissurum; caperet igitur et perageret, quod aves fieri posse portenderant. Hic augurem absque mora discidisse cotem ferunt. Augurio motus rex tres prioribus a se additas equitum centurias antiquis nominibus appellat, secundos Ramnes, Tities, Luceres. (CLX)

8. Sed non solum copias suas militares ab equite auget, verum etiam a pedite. Nam quum Roma ad Sabinum hostem summopere trepidaret, regis iussu, excubiis rite dispositis, etiam proletario civi, qui, utpote pauper, nihil alioquin reipublicae exhibebat, sed tantum prolem subficiebat, arma dantur ex publico.

tertio Ennii Annalium, in hoc versu: Inde sibi memorat, unum superesse laborem, i. e. reliquum esse, restare. Monet etiam *super esse* divise esse pronunciandum, ut duae, non una, orationis partes videantur.

8. *Proletarius — curat. Gellius* XVI. 6. *Legebatur Ennii liber ex Annalibus tertius. In eo libro versus hi fuere: Proletarius p. s. f. O. f. m. u. f. E. curat.* — *Nonius: Proletarii cives dicebantur, qui in plebe tenuissima erant, et non amplius quam mille et quingentis aeris in censum deferebant. Ennius Annal. Proletarii, ut publicitus scutaque ferrique ornatus.* — Falsum esse, quod nonnulli scribunt, proletarios multo post regum tempora armatos fuisse contra hostes pop. Romani, evincit Merula ad h. l., qui natos esse sub Servio Tullio docet. Ne autem quem

Postquam defessi sunt, stant et spargere sese
Hastis, ansatis concurrunt undique telis

✣

Deque totondit agros laetos, atque oppida cepit.

✣

Circum sos quae sunt magnae gentes opulentae

✣

11. Sic maiore et peditum et equitum numero instructus rex, iterum cum Sabinis confligit. *Tela sparguntur, armis undique concurritur.* Vincuntur Sabini et vi et dolo. 13. Tarquinius instandum perterritis ratus, captivis Romam cum praeda missis, exercitum inducit in agrum Sabinum; *laetos et fertiles agros detondens*, oppida denique multa capiens Sabinorum. 14. Sabini iterum tumultuario milite Romanis egressi obviam, iterumque fusi, perditis rebus, pacem petunt. Collatia, et quicquid circa agri, ademtum Sabinis. Iis debellatis contra Priscos Latinos, et quae *circum eos*, *alias gentes opulentas* sumta arma; numquam

turbet, proletariorum Ennium facere mentionem iam in describendo Tarquinio prisco, putandum, Ennium proletarios nominare, non quod ita Tarquinii tempore fuerint dicti, sed quod pars illa plebis, quam militiae etiam adscripsit rex, posteris proletaria fuerit habita; quemadmodum saepe loquuntur auctores.

11. *Postquam — telis. Macrob.* Sat. VI, 1. citat ea ex libro tertio Ennii, praemittens illa Virgilii Aen. VII. 521.: — *concurrunt undique telis Indomiti agricolae.* — *defessi* i. e defatigati.

13. *Deque totondit — cepit. Calpurn.* Piso Ms. libro II. capite de vocum sectione, sive tmesi. *Sectio duplex simplicium et compositorum. Priorem rarissime vel nunquam imitari decet. Dandum aliquid est antiquis, non quicquid illis, hoc nobis licet. Scripsit Ennius licentia quadam toleranda, libro VI. — telo transfigit corpus faxo cere comminuit brum. — Sectionem, quas composita patiuntur, nulla datur regula. Potius dicam cum Varrone lib. III. de vita pop. Rom. Plebisque scito cautum; ne qui legeret, causave mortis donaret, supra assis mille, quam cum Ennio libro III. Deque totondit agros laetos, atque oppida cepit. — Priscian.* lib. IX. *Vetustissimi tamen etiam detotondi protulerunt: Ennius: Et detotondit agros laetos, atque oppida cepit.*

14. *Circum sos — opulentae. Festus: Sos pro eos*

15 . . . . . postumque turanni
Tarquinii corpus bona femina lavit et unxit.

✥

Olim de coelo laevum dedit inclutu' signum

✥

---

et nusquam de summa rei certatum; circumductis ad singula oppida legionibus, omne tandem Latinum nomen domitum; capta Corniculum, Ficulnea vetus, Cameria, Crustumerium, Amerìola, Medullia, Nomentum.

15. Tarquinius facta pace, pacis opera magno animo inchoat. Aream Iovi Capitolino diffinit, opus diffinitum lentat. Tandem regi, quum imperaret iam annum XXXVIII, insidiae struuntur ab Anci Marci liberis, qui indignissime ferebant, se regno, tutoris fraude privatos. (CLXXV.) Dilecti ad facinus duo robustissimi ex pastoribus iuvenes. Hi, simulata tumultuosissima rixa, regem appellant, adeunt, obtruncant securi in caput impacta, relictoque in vulnere telo, ambo se foras eiiciunt. Caesi corpus statim colligitur *lavatur, ungitur.* 17. Interim Tanaquil, tumultu orto, clausa regia et arbitris eiectis, Servium advocat, ostenso marito orat, ne inultum sineret tantum scelus. Inculcat, *datum de coelo*

antiqui dicebant, ut Ennius libro primo: Constitit inde loci propter sos dia dearum. Et libro tertio: Circum sos q. s. m. g. opulentae.

15. *postumque — unxit. Serv.* ad illa Virg. Aen. VI. 219. — *corpusque lavant frigentis et ungunt Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt*, dicit: *Versus Ennii, qui dicit: Tarquinii corpus b. f. l. et unxit.* — *Donat.* in Terent. Hecyr. I. 2. *Uxor dicitur vel ab ungendis postibus et fingenda lana*; i. e. *quum puellae nuberent, maritorum postes ungebant, cuius rei testis Ennius: Exin Tarquinium b. f. lavit et unxit — Glossar.* Fornerii Ms. *Tyrannus βασιλεὺς. Ennius Annalibus: tostumque tyranni Tarquinii corpus* — ubi legit Merula — *postum t. c.* i. e. positum, situm. Egregie falli Donatum, qui versum trahit ad nuptiarum ritum, quum pertineat ad caerimonias in funere Tarquinii servatas, in promtu est videre.

16. Ut evitetur Trochaeus in primo pede versus, legerim: *Tarcuini corpus b. f. l. et unxit.* Conf. Osann. Annal. crit. p. 172.

17. *Olim — signum. Nonius: Laevum significari veteres putant, quasi a levando. Ennius Annalium libro III. Olim de coelo laevum dixi signum*; ad quem locum Mercerius: „In Ennio pro *olim* scribendum videtur *olli.*“

Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent

✥

Hac noctu filo pendebit Etruria tota

✥

signum, flammam dormientis capiti circumfusam olim bona omnia et fausta addixisse; erigeret igitur se, deos duces sequeretur, monet, et regni promissi gubernacula acciperet. Tumultuanti populo persuadet deinde, res regis satis salvas, haud periculose vulneratum ad se rediisse, iubere interim, dum sanatur, Ser. Tullio dicto audiens esset. Egressus ille cum regiis insignibus, regia sede sedens, alia decernit, de aliis regem se consulturum simulat. Sic tandem praesidio firmo munitus, primus iniussu populi, cuius postea consensus accessit, Patrum voluntate regnat, tanta industria, ut regnum dolo partum, adeptus iure videretur. Anci liberi exsulatum eunt. Firmato a Servio, astu et industria Tanaquilis, regno, Tarquinius nunciatur mortuus. Corpus eius, adparatis omnibus, et indicto per praeconem funere ex aedibus effertur. *Prodeunt famuli cum facibus*, sequuntur propinqui, reliquique; caetera, quae ad exsequias pertinent, ordine peraguntur.

19. Quarto post anno bellum Servio ortum ab Etruscis, qui declinarant a foedere, quod cum Tarquinio icerant. (CLXXIX.) Initium defectionis fuit a Veientibus; hos sequuntur Caeretani et Tarquinienses; armatur postremo universa Etruria. Post multa proelia dimicatur tandem ultimo certamine, quo tota Etruria *periclitante, et pendente filo* (Servii verba sunt, allocuti exercitum), victoriam Servius reportat, tribus decoratis triumphis; daturque pax, salvis Tarquinii conditionibus. (CLXXXVI.) Censum deinde Servius instituit, civitatem in classes dividit, et primum lustrum condit. Amplificata urbe pomoerium profert. (CLXXXVII.) Regnanti XLV annum manus violentas infert Tarquinius Superbus, gener eius, qui regnum rapere maluit, quam exspectare. (CCVIII.)

18. *Prodinunt — lucent.* *Festus: Prodinunt, prodeunt, ut Ennius Annalium libro tertio: Prodinunt famuli, t. c. l. lucent.* Sic alibi: *redinunt, redeunt.* — *lucent* non ad lumina refertur sed ad famulos, qui cereos accensos deferentes, lucent, hoc est, ut Varro interpretatur L. L. V. adlucent. Columna.

19. *Hac noctu — tota.* *Macrob.* Sat. I, 4. *Animadvertendum est*, ait de Ennio, *non solum, quod noctu concubia* (vid. Ann. lib. VII.), *sed etiam quod qua noctu dixit. Et hoc posuit in Annalium septimo, in*

20 . . . . insomnia . . . .

Haud temere 'st, quod tu tristi cum mente gubernas.

Deducunt habiles radio, filo gracilento

Exstimularat ad facinus animum iuvenis ferocem, ferox Tullia, quae scelus sceleri addidit. Trucidato patre, prima in forum properans, maritum regem salutat; iussa e turba domum discedere, patri in via iacenti mulio consternatus, carpentum, ut superinduceret, praecipit. 20. Tarquinius, (CCXIX.) quum sceptra vi et scelere rapuisset, nec iussu populi nec auctoribus Patribus regnans, omnia tyrannus agit. Corpus armatis circumsepit, Senatorum numerum et auctoritatem debilitat, Latinos maxime sibi conciliat. Primus bellum (CCXXIV.) Volscis propter crebras in agrum Romanum excursiones, movet. Gabios fraude usus opera Sexti filii in potestatem suam redigit. Suessam Pometiam vi expugnat. Cum Tuscis foedus, quod cum Tullo Hostilio percusserant, renovat. Templum Iovi in Capitolio exstruit. Ardeam obsidione prementem, terrent (CCXLIV.) *insomnia.* Expergitus advocat coniectores, exponit, quid viderat. 21. Coniectores, somnio *haud esse inania*, dicunt, et quae regi regiaeque familiae eventura brevi exponunt. 21. Continuatur interim ad Ardeam obsidium. Quumque satis liberi commeatus essent, inci-

quorum tertio clarius quidem idem dixit: Hac noctu filo p. E. tota.— filo. Ovid. ex Pont. IV. 3. 35. *— Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.* Valer. Max. VI. 4. *Civitate nostra, Cannensi clade perculsa, quum admodum tenui filo suspensa reip. salus ex sociorum fide penderet.*

20. *Insomnia. Serv.* ad Virg. Aen. IV. 9. *— quae me suspensam insomnia terrent*, ait: *Insomnia licet Pacuvius et Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen exclusit et de usu removit.* Somnium ipsum Tarquinii, ut et responsionem coniectorum egregiis versibus describit L. Attius ap. *Ciceron.* de divinat. I. 22.

21. *Haud — gubernas. Serv.* ad Virg. Aen. IX. 329. *Temere significat et sine causa: Ennius: Haud temere est q. t. t. c. m. gubernas.*

22. *Deducunt — gracilento. Nonius: Gracilitudo et gracilens pro gracilis, gracilentum pro gracili, et gracilium pro gracilitas. Attius Amphitruone: Tamen ista tua gracilitudo propemodum et luctus facit ne dubitem. — Ennius libro VII. Deducunt habiles gladios filo gracilento.* Emendat Iustus Lipsius

. . . . . interea fax

Occidit . . . . . .

✿

25 . . . . . tappetem . . . . . .

✿

Coelum prospexit stellis fulgentibus aptum

✿

---

dit forte inter regios iuvenes de uxoribus mentio. Suam quisque laudat miris modis. Collatinus negat, verbis opus esse, paucis id horis sciri posse, quantum caeteris sua praestaret Lucretia. Citatis equis Romam convolant, inde pergunt Collatiam. Invenitur Lucretia sera nocte, inter lucubrantes ancillas lanae dedita et *habiles radios filo gracili deducens*. Penes illam laus manet muliebris certaminis. Virum illa et regios iuvenes benigne excipit. Ibi Sextum Tarquinium mala stuprandae per vim Lucretiae libido capit.

23. Ab certamine iuvenes in castra redeunt. Paucis interiectis diebus Sextus Tarquinius, inscio Collatino cum comite uno Collatiam rediit. Paratur rursus illi benignum hospitium. *Interea sol occidit*, post coenam cubitum deducitur. Amore ardens, noctu quum videret omnia tuta, stricto gladio proripit se ad Lucretiam. Fatetur ibi amorem; obstinatam reperit, miscet precibus minas, addit ad metum dedecus, cum mortua iugulatum servum nudum se positurum ait, ut in sordido adulterio necata esse diceretur. Hoc terrore vincit obstinatam pudicitiam victrix libido. 25. In *tappetem* Lucretiam revolvit Tarquinius, ei vim infert. Patrato scelere in castra redit. 26. Nec inultum diu scelus. Lu-

Antiq. v. 10. *radios* et Merula, *libro tertio*, quod probat Burmann. ad Ovid. Amor. I. 14. 7. qui tamen: „Locus docet, male *radios deduci* dici *filo*, cum contra fila vel vellera radiis vel per radios deducebantur, quare legerim: *Deducunt habiles radio, filo gracilento*." Vide et Brouckhus. ad Propert. IV. 3. 63.

23. *Interea — occidit.* Citat ex libro III. Annalium *Obert. Gifanius* in notarum adpendice ad Lucretium, nec vero dicit, unde fragmentum hauserit. Vereor tamen ne sit unum idemque quod ex Annal. XVI. profertur a Macrob. Sat. VI. 4.

25. *Tappetem. Festus: Tappete ex graeco sumsit, tappetem Ennius, cum ait. Tapetum* neutro genere, vel *tapes, tapetis* mascul. vel *tapete, etis*, neutr. a Graeco τάπης, τάπις, tegmen est ingeniose pictum variis coloribus, quo equi, mensae, sive pavimenta sternerentur. Plaut. Pseudol. I. 2. 14. Virg. Aen. IX. 358. Sil. Ital. XVII. 64. Ovid. Met. XIII. 688. Stat. silv. X. 101.

26. *Coelum — aptum.* E libro tertio Ennii adfert *Macrob.*

. . . . . versat.
Mucronem . . . . . .

✿

29 Diriu' supplicium sceleris violentia poscit.

✿

---

cretia, advocatis marito, patre, amicis, guttatim lacrimans, iniuriam multis querelis aperit castissimo corpori illatam. *Cœlum stellatum* testatur nocturnis in se admissi sceleris conscium, ultionem sui suis mandans, et tanti facinoris vindictam a singulis stipulata, 27. *versat mucronem* in se, suisque manibus perit. 29. Exanimatur ad funestam familiae suae tragoediam Tarquinius coniux; consternatur animo Lucretius pater, in stuporem abeunt Iunius et Valerius amici. Revocati ad se, quid faciendum, conciliatis consiliis decernunt. Orationem habet Brutus, non brutam, neque eius pectoris, quod ad illam usque diem fuerat simulatum. Ea motus, populus regi, XXV anno regni, imperium abrogat, et exsulem esse cum tota familia iubet, quamvis *dirius exsilio supplicium sceleris violentia posceret.* . . . .

Sat. VI. 1. adsimilans huic Enniano Virgilii Aen. IV. 482.: *Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.* Conf. quae dicta ad Annal. I. 140.

27. *versat mucronem.* Serv. ad illa Virgil. Aen. IX. 747. *At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,* ait: *Versat, librat, iactat, et est Ennianum: Versat mucronem.*

29. *Diriu' suppl. — poscit.* Glossar. Fornerii MS. πολαμναῖον, *dirum, quod deorum iram habet coniunctam. Ennius in tertio: dirius s. s. v. possit;* ubi legit Merula *poscit.*

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER QUARTUS.

(AB URBE CONDITA CCXLV — CCCCIV.)

1 . . . . . gravius autem
Non contemnere se, et reges odisse superbos.

Gnatis parce tuis . . . . . .

1. Urbe pulso cum regia stirpe, Tarquinio (CCXLV) imperium placet ex perpetuo, annuum, ex singulari duplex, ne potestas solitudine vel mora corrumperetur. Consules primi fiunt L. Iunius Brutus et L. Tarquinius. Brutus *gravius* instat *populum, quod non se ipsum pateretur contemni, et reges odisset superbos*, iureiurandoque eum adstrinxit, neminem Romae regnare passurum. Tarquinium Collatinum collegam suum propter affinitatem Tarquiniorum suspectum, cogit consulatu se abdicare; in eius locum fit P. Valerius, qui postea Publicola. Tarquinius rex, extorris regno, per terras vagus, incensus cum dolore, tum odio, nobilissimos iuvenes, et inter eos Bruti ipsius filios sollicitat. 3. Quamquam Brutus imploratus esset, *ut filiis par-*

1. *gravius — superbos.* *Cic.* Epist. ad Att. VI. 3. *Tibi autem valde solet in ore esse. Gravius autem, non cont. se et reg. od. superbos*, ubi Codex Fulv. Ursini: *Tibi autem valde solet in ore esse Ennianum illud: grav.* etc.

3. *Gnatis parce tuis.* Serv. ad illa Virgil. Aen. X. 532.

. . decem coclites, ques montibu' summis
Ripaeis fodere . . . . . .

❁

At Romanus homo, tamen etsi res bene gesta'st,
Corde suo trepidat, delicto Coclite . . . .

❁

---

ceret, illi tamen, nón solum damnante, sed et spectante patre, poenas dant. — Etruscos Tarquinius, quum frustra suae essent apud Romanos technae, ad bellum invitat. Aruns Tarquinius, et L. Brutus mutuis vulneribus cadunt in congressu; Valerius Consul triumphans de Etruscis Romam redit. Tarquinius rex cum suis ad Lartem Porsennam, Clusinum regem fugiunt. Is cum infesto exercitu Romam venit, armata et violenta manu pulsos reducturus. (CCXLVI.) Quum alia muris, alia Tiberi viderentur esse tuta, pons sublicius iter pene dat hostibus. Eminet in prima periculi procella virtus Horatii Coclitis. 4. 5. Fortis viri maiores hic recensisse videtur poeta, et dixisse, Horatium originem traxisse a decem coclitibus, qui in montibus Riphaeis metalla fodissent. — Tum pergit: Horatius trepidantes, Ianiculo capto, et incubante ipsis urbis faucibus hostes, Romanos reprehensat, fugientibus obstitit, monet, pontem interrumperent. Ipse in primum eius aditum vadit. Coniiciuntur undique in Horatium unum ab omnibus hostibus tela. Interim pone eum pons abrumpitur, via hostibus ad urbem praecluditur. 6. *Romani, quamvis in primo hoc impetu rem bene feliciterque gesserant, tamen corde suo trepidant, quum viderent Horatium solum derelictum*, et impetum hostilem vix sustinere posse. Is tandem rebus sic falsis, armatus

Gnatis p. tuis. Parce, ait, *est secundum antiquos, serva, ut apud Lucilium et Ennium invenitur.*

4. *decem coclites. Varro* L. L. *Apud Ennium: decem cocl., quos montib. s. Rip. fodere. Ab oculo Cocles, quasi ocles dictus, qui unum habet oculum.* De Arimaspis unoculis ad Riphaeos montes incolis vide Columnam. *Ques* antiq. pro *qui.*

6. *At Romanus homo — Coclite. Glossar.* Fornerii MS. *Ἀπολειφθείς, delictus: Ennius libro tertio: At Rom. h. t. r. b. g. est Corde suo trepidat, delicto poplite* (Merula legit: *Coclite.*) — *Cicer.* de orat. III. 42. *Aut ex toto partem, ut quum unam turmam Equitatum populi Romani dicimus; aut ex uno plures: At Rom. homo t. r. b. g. est, Corde suo trepidat:*

. . . . . quo sospite liber

. . . . . *liberis plorantibus offam*

Eripiunt patres . . . . . .

Vos etenim iuvenes animos geritis muliebres,
Illa virago viri . . . . . .

---

in Tiberim desilit, et incolumis ad suos tranat. 7. Tiberino patri precatur, *quo sospitatore* liberatus fuit.

9. 10. Spe sua urbis primo impetu potiundae deiectus Porsena, Romanos arcto claudit obsidio. Laborant obsessi maxima frumenti inopia, ita ut *patres et liberis plorantibus offam prae fame eripiant.* — Hic C. Mutius de interficiendo rege, qui sedendo victoriam augurabatur, cogitat Castra adit, ibi scribam pro rege obtruncat. Dexteram, quod errarat, incenso foculo coram rege, et regi sua oratione metum iniicit. Rex pavore concussus legatos Romam mittit, qui pacis conditiones Romanis offerrent. Dant illi obsides. Una ex iis Cloelia, frustrata custodes, dux agminis virginum, inter tela hostium patrium flumen tranat. Rex indignatus oratores Romam mittit, Cloeliae soli reposcendae. Deditur. 11. Virginem a virili laudat animo, intactam inviolatamque ad suos cum parte obsidum mittit, et pace cum Romanis facta, exercitum ab urbe movet. — Fregerant non parum Romanos Etrusca arma. Sciebant hoc Sabini, qui contemtis Romanorum opibus, quum (CCXLIII.) arma latrocinantes movissent, vincuntur et triumphantur, primo a M. Valerio, et P. Postumio Tuberto consulibus, secundo (CCXLIX.) a P. Valerio Puplicola, tertio (CCL.) ab eodem Postumio et Agrippa Menenio Lanato, postremo (CCLI.) a Sp. Cassio Viscellino, qui Sabinorum bello finem

---

8. *quo sospite liber. Festus.* v. Sospes (Schedae Fulv. Ursini): *Ennius videtur sospitatorem significare, cum dixit: Quo sospite liber.*

9. *liberis — patres. Plin.* H. N. XVII. 8. *Et Ennius antiquissimus vates obsidionis famem exprimens, offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat.*

11. *Vos etenim — viri. Cicer.* de Officiis I. 18. *Itaque in probris maxime in promtu est, si quid tale dici potest: Vos etenim iuvenes animos g. mul. illa virago viri.* ad quem locum Heusinger: „De Cloelia vid. Senec. ad Marc. c. 16., ex quo, qui cum Aldo Manutio eius statuae hos versus subscriptos fuisse colligunt, multum utique falluntur.“

Insidit currum dictator ubi, oppidum ad usque

imposuit. Anno CCLV dictatorem creat Titum Lartium Flavium Sabinus, iterum cum Latino contra Romanos exortus. Dictator, exercitu in Latinos educto, quosdam caedit, nonnullos capit, et dissolutis eorum copiis in annum dat inducias. Post annum (CCLVII.), moventibus iterum Latinis, et ad lacum Regillum ab A. Postumio Albo dictatore proelio victis, foedus reddunt Romani, et antiquam societatem. 13. Dictator Romam redit. — Non multo post (CCLVIII.) Volscis, qui Latinos auxiliis iuverant, bellum illatum. Victi a P. Servilio Prisco; sed victi cum Aequis et Sabinis contra Romanos redeunt. Dicitur dictator M. Valerius (CCLIX.), terni contra Aequos, Volscos, et Sabinos exercitus conscripti: ducibus M. Valerio, T. Verusio, A. Virginio; victoria potiuntur. Dissensiones inter plebem et Patres. (CCLX.) Plebs cum per causam renovati ab Aequis belli ex urbe ducta esset, Consulibus relictis, armata trans Anienum occupat collem, qui postea Sacer, unde oratione Menenii Agrippae commota, in urbem redit, ea lege ut ex suo solum corpore magistratus crearet contra patritiorum potentiam. Sic tribuni plebis Romae nati. A. CCCXIV. Volsci, Romam ad ludos magnos profecti, a Consulibus urbi pulsi, concitantur ad bellum, et in fines Romanos irrumpunt, duce C. Martio Coriolano (CCLXV.), quem plebs paullo ante exsilio multarat. Is quidem (CCLXVI.) ab urbis oppugnatione suorum commotus discedit, at non moventur Volsci, cum quibus a. T. Sicinio consule aequo Marte est pugnatum, devictis a. C. Aequilio Hernicis, qui eodem tempore in armis erant. Utrique sequenti anno (CCLXVII.) ad amicitiam populi Romani a Sp. Cassio traducti, fusis fugatisque a Proculo Virginio Aequis. Sed saepe postea rebellantes et Aequi et Volsci saepe a variis victi. Interim (CCLXX.) a Veientibus bellum exortum, cum quibus et Etruscis, qui auxilio venerant, varie concursum. Deposcit (CCLXXVII.) eum sibi, et Fabiorum genti, Caeso Fabius. Caeditur is (CCLXXVI.) cum suis ad Cremerum a Veiente; Veiens sequenti

— *animos muliebres;* al. *animum muliebrem*, quod probat Heusinger, quia commode animus singulari numero de pluribus dicitur, ap. Cic. Philipp. II. 12. VII. 2. Liv. XXIV. 41. Curt. V. 8. — *illa virago*, al. *illaque virgo.*

13. *Insidit* — *Varro* L. L. IV. *Scripsit posta* (in margine aliquorum Codicum: *Ennius*) *Dictator ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum.* Conf. Columnam p. 149. ed. Hesselii. — Observandum, Merulam adhuo quatuor versus hic exhibuisse, qui aperte ex Epicharmo Ennii desumti, huc non pertinent. Sunt enim: *Ova parere solet genu' pennis condecoratum*

Pervehitur . . . . . .

✿

15 . . . . . bellum
Aequis de manibus nox intempesta diremit.

✿

Frugi homo . . . . . .

✿

Nobis unde forent fructus vitaeque propagmen

✿

---

anno (CCLXXVII.) a Sp. Servilio Structo Cos., Veienti Sabinus arma coniungit. Victi uterque (CCLXXVIII.) a P. Valerio Publicola; et (CCLXXIX.) a Manlio Volsone. Ab eo tempore cum Volscis, Aequis, Sabinis aliquot annos acerrime bellatum, qui tandem debellati.

15. Anno CCLXXXVI. Aequi denuo incurrunt T. Aemilio, Q. Fabio Coss. Duo consulares exercitus ad hostem accessere, acie instructa, ut statim dimicaret. Sed cum forte haud multum diei superesset, unus ab statione hostium exclamat: Ostentare hoc est, Romani, non gerere bellum, in noctem imminentem aciem instruitis, longiore luce ad id certamen, quod instat, nobis opus est, crastino die, oriente sole redite in aciem, erit copia pugnandi, ne timete. Conf. Liv. III. 1. Fugati sunt. Anno CCXCV iterum foedus fregerant Aequi, ictum non multo ante cum populo Romano, et arma moverant duce Cloelio Graccho. Missus adversus eos L. Minucius in Algido cum exercitu concluditur. Dicitur dictator L. Quinctius Cincinnatus, 17. *homo frugi.* Erat is in agris, arvum manibus suis colens quatuor iugerum. Mittuntur legati, praecurrit viator, qui moneret, ut deterso sudore et pulvere vestem sumeret, et legatis prodiret obviam. Accedunt illi propius, et uno ore omnes Dictatorem salutantes, iniectus veste purpurea, rogant eum, in urbem ut comitaretur. Obticet paulisper, et inquit: 18. Ergo hoc anno agellus non seretur, *ne-*

Non animas — Inde venit pullos divinitus insinuans se Ipsa anima — de Castore et Polluce accipiens.

15. *bellum — diremit. Acron* ad Horat. Epistol. II. 2. 97. *Romani quondam pugnaverunt cum hostibus Samnitibus usque ad noctem. Unde et Ennius: bellum a. d. m. n. i. d.*

17. *Frugi homo.* Citat Priscian. L. VI. ex Ennio, suppresso libro.

18. *Nobis — propagmen. Nonius: Propago, propages, ut saepe, generis femi-*

. . . . . tetenderit endo suam do

20 . . . Nonis Iunis soli luna obstitit et nox.

bis unde forent fructus vitaeque propago? Deinde, uxori vale dicto, in urbem abit, profectus absque mora contra hostes, Consulem obsidione liberat. Tum abdicat, et expeditione finita, redit ad 19. *suos* boves triumphalis agricola. — A. CCCII. Decemviri creati, a quibus latae Leges XII tabb. Perlatis, quum nulla restituendi consulatus facta mentione, se impotentius in unumquemque gererent, accedente iniquo et scelerato contra Virginiae libertatem Appii Claudii iudicio, plebs, relictis (CCCIV.) quae inter Fidenas et Crustumerium castris, secundum a Patribus secedit, in Aventinum prius, deinde in sacrum montem, paulo post, adnitente L. Valerio Publicola, placata in urbem rediit; iis legibus, ut Tribunatus sibi restitueretur, et decemviris abdicari iussis, Consularis potestas revocaretur. Post aliquot annos (CCCXXV. sqq.) novi motus ab Fidenate, Veiente, Falisco, Aequo et Volsco. Cornelius Cossus Cos. opima spolia, Larte Tolumnio, Veientinorum rege occiso, Marti consecrat. A. CCCXLVII. exercitus in Volscum agrum ducitur. — 20. A. CCCL magna ecclipsis Solis, et quidem nonis Iuniis. — A. CCCLII. L. Valerius Potitus tribunus militum ad Anxur, caput Volscorum, recipiendum, negligenter amissum discedit. Collis imminens urbi capitur, inde moenia invaduntur; obstupefacti oppidani (ut Livius ait) locum dant admoven-

nini. Pacuvius Antiopa: Salvete gemini, mea, propages sanguinis. Neutri, Ennius: Boni secunde forent fructus, ut aeque propaginem. Al. *Novis unde florent fructus, vitaeque propaginem.* Ut nos dedimus, Merula versum legit.

19. *tetenderit endo suam do.* Cosentii Ars de barbaris. ed. Cram. Berolin. 1817. *Apocope — syllabae: tetendit suam do*, ubi Cramerus legit *t. endo suam do.* — *Charis. L. IV.* de apocope: *endo suam do h. e. domum.* — *Auson.* de monosyllabis de Ennio loquens: *Et cuius de more, quod astruit — endo suam do.*

20. *Nonis — Nox. Cicer.* de re publ. I. 16. *Erat enim tunc haec nova et ignota ratio, solem lunae oppositum solere deficere, quod Thaletem Milesium primum vidisse dicunt. Id autem postea ne nostrum quidem Ennium fugit, qui ut scribit* (lege: *adscribit*) *anno quinquagesimo CCC. fere p. R. conditam — Nonis Iunis soli luna obstitit et nox* (sc. exorta est.) *Atque hac in re tanta inest ratio atque solertia, ut ex hoc die, quem*

Inde patefecit radiis rota candida coelum,
* Atque atque accedit muros Romana iuventus.
* Romani scalis summa nituntur opum vi,
* Indignas turres . . . . * teloque trabali

❖

. . . . . Volscus perdidit Anxur.

❖

Massili portant iuvenes ad littora tanos

❖

---

dis scalis. — 21 — 24. Quibus Romani urbem occupare summa nituntur opum vi, turres aggressi, telo trabali moenia percellentes. 25. Sic perdidit Volscus urbem Anxur.

25. Obsidebantur interim Veii, qui superbius legatis Romanorum, res raptas repetentibus, responderant. Conficit bellum (CCCLVII.) M. Furius Camillus dictator, urbemque capit. Vejente victo cum Aequo (CCCLX.) pugnatum, victus (CCCLXI.) a L. Lucretio Flavo Cos. et iterum a L. Valerio Potito et M. Manlio Capitolino Coss. — A. CCCLXII. Clusini a Gallis obsessi, opem Romanorum implorant. Bellovesus enim Gallorum dux Alpes superaverat, ubi *Massilienses*, *navibus a Phocide profecti*, iam agrum Taurinensem occupaverant, fusis Tuscis ad Ticinum, Clu-

apud Ennium et in maximis annalibus consignatum videmus, superiores solis defectus reputatae sint.

21. *Inde — coelum.* Citat ex Ennio *Isidor.* Orig. XVIII. 36. — *rota candida* i. e. solis rota, sive sol, ut ap. Lucretium. V. 433. 565. reliquosque.

22. *Atque atque accedit.* Citatur a *Gellio* N. A. X. 19. — *atque atque* i. e. statim.

23. *Romani — opum vi. Macrob.* Sat. VI. 1. *Virgilius* Aen. XII. 552.: — *summa nituntur opum vi. Ennius in quarto: Romani scalis s. n. opum vi.* (Conf. et Annal. XVI.) *Serv.* ad illa verba Virgil. (Aen. XII. 552.) *Hemistichium est Ennianum*, ait.

24. *Indignas turres. Serv.* ad Virg. Ecl. X. 10. *Ennius: indignas turres i. e. magnas.* — *teloque trabali.* Idem ad illa Virg. Aen. XII. 294. — *teloque orantem multa trabali*, ait, *Ennius: teloque trabali.*

25. *Volscus p. Anxur. Festus: Anxur vocabatur, quae nunc Tarracina dicitur Volscae gentis, ut ait Ennius: Vulsculi perdidit Anxur.* Merula legit *Volscus.*

26. *Massili — tanos. Donat.* de tropis, citat hunc versum, supresso nomine aucto-

Ardent urbem orbam . . . . . .

✥

. . . . . *anseres* . . . .

Iuppiter . . . . . .

*Quum somno sese exsiccat Romana iuventus.

✥

Omnes corde patrem praebent animoque benigno

---

sinos agressus erat (Liv. V. 34.). Romani mittunt auxilia. Galli irati, quod adversus se stetissent in acie Clusina, relictis obsessis, Romam exercitum ducunt. Occurrunt illis Romani ad Alliam (CCCLXIII.), funduntur, fugantur. 27. Galli Romam intrant, ardent urbem. (CCCLXV.) Romana iuventus Capitolinam aream tenet, obsidetur septem menses. 28. Captam fere anseres clangore, tum Iupiter Capitolinus servat; quum Romana iuventus se dedisset somno. 30. Omnes gratias agunt Iovi. Tandem

ris et libri. Adscribitur tamen Ennio a Columna et Merula. Donati verba sunt haec: *Tmesis et uniuz compositi vel simplicis sectio, una dictione vel pluribus interiectis, ut — septem subiecta trioni* (Virg. Georg.) *et — saxo cere comminuit brum. Et Massili portant iuvenes ad litora tanas, pro cerebrum et Massilitanas.* F. *tanos.*

27. *Ardent urbem orbam. Cicer.* de orat. 27. *Mutata (en dico) in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud, quod idem significat, sumtum ex re aliqua consequenti. Quod quamquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit, cum dixit Ennius: ardent urbem orbam, alio modo, si patriam ardere dixisset, et horridam Africam terribili tremere tumultu, cum dixit, pro Afris commutat Africam.* Sic locus adfertur in Codd. Palatinis, vulgo: *cum dixit Ennius arcem et urbem orbas* (ut alludatur ad versum in Tusculan. III. 19. — *arce et urbe urba sum*), *alio modo, si pro patria arcem dixisset.* Palatinorum lectionem tuentur Gruterus et Schirach.

28. Vide ad Annal. II. 17.

30. *Quum somno. Luctat.* ad Stat. Theb. V. 199. *A pictoribus simulatur, ut liquidum somnium e cornu super dormientes videatur effundere. Sic Ennius: Cum somno se exsiccat R. iuventus.* Somno sese exsiccare igitur i. q. expergefactum esse.

31. *Omnes — — circumfusum. Donat.* ad Terent. Phorm. V. 8. 40. ex Ennio citat, suppr. libro.

Circum fusum . . . . . .

Optima cum pulcris animis Romana iuventus.

34 Tantidem, quasi foeta canes sine dentibus latrat.

M. Furius Camillus, 33. novum eumque optimum exercitum, cum parasset, Gallos Roma expellit et devincit. — A. CCCLXV. iterum Volsci arma sumunt, Etrusci de bello coniurant, Latini Hernicique deficiunt. Fugantur a Camillo (CCCLXIX). Cornelius Cossus dictator (CCCLXXIV.) opitulatos Velitras Praenestinos ad Alliam fugat, et Praeneste capit. Anno CCCLXXXVI. iterum fama Gallici belli percellit civitatem. Camillus hostem caedit; renatus et tertium reversus (CCCXCIII.) profligatur a T. Quinctio Capitolino; quartum (CCCXCIII.) a Q. Servilio Anala, quintum (CCCXCV.) a C. Poetelio Balbo; sextum (CCCXCV.) a C. Sulpicio Patico; septimum (CCCXCVII.) a M. Popilio Laenate; postremum (CCCCIV.) a L. Furio Camillo. Eo tempore virtus innotuit M. Valerii, qui provocatus a Gallo in monomachiam, eum obtruncat. 34. Valerii verba videntur, Galli minas comparantis cum foeta cane, latrante, sine dentibus. Talis enim Gallus, armis gravis, minans sed sine viribus. — Partim caesis, partim fugatis Gallis, biennium domi forisque quies; inde bellum illatum Volscis, quos cum Antiatibus et Satricanis vicit M. Valerius Corvus Cos. (CCCCVII.) diruto et incenso Satrico. Iis successerunt Aurunci a L. Furio Camillo debellati prima acie (CCCCVIII.).

33. *Optima — iuventus.* Idem ad Phorm. III. 1. I. ex Ennio, suppr. libri nomine.

34. *Tantidem. Varro* L. L. VI. *Dicta apud veteres una canes. Itaque Ennius scribit: Tantidem, quasi foeta canes sine dentibus latrat.* Al. legunt *foeta canes sit, dent. l.*

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER QUINTUS.

(AB URBE CONDITA CCCCX — CCCCLX.)

1 Moribus antiquis res stat Romana virisque!

1. Exorditur poeta cum loco communi, quem in principio libri quinti positum fuisse, innuit Cicero. Hunc probat per exemplum T. Manlii Torquati. Anno enim CCCCX susceptum est bellum contra Samnites, Campanorum causa, qui ab iis oppressi, se suaque omnia Romanis per legatos dediderant. Vincuntur Sabini per M. Valerium Corvum et Cornelium Cossum. Quarto post coeptum bellum anno, movent Latini, Campani, Sidicini, Aurunci. Praeficiuntur (CCCCXIII.) rebus ad Veserim gerundis T. Manlius Torquatus et P. Decius Mus Coss. Manlii filius, contra patris imperium extra ordinem in hostem irruit, et equestria spolia, ex hoste caeso ad patrem portat. Is filium, concione advocata, quod neque imperium consulare, neque maiestatem patriam veritus (ut ait Liv. VIII. 7.) adversus edictum in hostem pugnaverat, sicque disciplinam militarem everterat, qua stetit ad hanc diem Romana res, capite plectitur. P. Decius, inito cum hoste certamine, et inclinante peneque prostrato laevo cornu, cui

1. *Moribus — virisque.* *Cic.* de rep. V. 1. ap. Augustin. de civ. dei II. 21. *Moribus ant. res stat Rom. virisque. Quem quidem Ennius versum vel brevitate vel veritate, tanquam ex oraculo mihi quodammodo esse effatus videtur.* — *Volcat. Gallican.* in vita Cassii Avidi cap. 5. *Scio enim versum a bono poeta*

Cives Romani tunc facti sunt Campani

✥

Romani muris Albam cinxerunt Longam

✥

Sulfureas posuit spiramina Naris ad undas

✥

---

praecerat, Diis Manibus Tellurique se devovet pro republica Romana, devotusque in confertissima hostium tela iaculatus, novum, ad victoriam iter, sui sanguinis semita aperit. Anno CCCCXVII. nonnihil etiam prospere gestum cum Calenis et Sidicinis. — 2. Anno CCCCXIX. *Campanis data est civitas.* Ferocius aliquanto post resurgunt Samnites (CCCCXXVII.), fugantur a Papirio Cursore dictatore (CCCCXXIX.), tum a Cornelio Cosso Arvina (CCCCXXXI.); vincunt T. Veturium Calvinum et Sp. Postumium Coss. cum legionibus Romanis, apud Caudium interclusis, eosque sub iugum mittunt (CCCCXXXII.), quam ignominiam (CCCCXXXIV.) Papirius Cursor acerrime ulciscitur, eadem Samnitibus inusta nota, quibus petentibus induciae biennii datae. Iis rebellandi causam dat L. Aemilius Mamercinus (CCCCXXXVII.), oppugnare adortus Saticulam, qua Romani potiuntur, ut contra Samnites Plistia, unde tota vis belli conversa Soram, quae ad Samnites defecerat. (CCCCXXXVIII). Eam cum Ausona et Luceria, defectionis etiam reis C. Sulpicius Longus recipit (CCCCXXXIX.), et insequenti anno Nolam, Atinam et Calatiam C. Iunius Bubulcus. Reliquias belli persequitur M. Valerius Maximus. Anno CCCCXLIX. M. Fulvius in Samnites profectus Bovianum capit; interea etiam Aequi subacti. Anno CCCCL Sora, quae iterum hostium erat, Alba et Aesernia in pop. Rom. potestatem rediguntur, 3. eoque coloniae deducuntur, et quidem in *Albam*, tum — 4. Anno CCCCLV. in Nequinum, quae a Nare fluvio Narnia appellata.

dictum et omnibus frequentatum: Moribus a. r. st. R. v.

2. *Cives — Campani.* Citat versum spondaicum *Victorinus* de metris, adiectus vulgo Censorino de die natali, sed absque poetae et libri nomine. Ennio adscribunt Columna, Dousa et Merula.

3. *Romani — Longam. Diomedes* lib. III. *Idem spondaicus appellatur, quum omnes Spondaeos, quem quidam Molossicum dixerunt, ut: Romani m. A. cinx. Longam.* Adscribunt Ennio Dousa et Merula.

4. *Sulfureas — undas. Priscian.* Libr. VI. *Sed Nar servavit A productam etiam in obliquis casibus. Ennius in VI.* (lege: V.) *Annal. Sulphureas p. sp. N. ad undas.* Plin. H. N.

. . . . . Divi, hoc audite parumper,
Ut pro Romano populo prognariter armis
Certando, prudens animam de corpore mitto.
*Se tum, sicut equus, qui de praesepibus actus
Vincla suis magnis animis abrumpit, et indu
Fert sese campis per coerula laetaque prata,
Celso pectore, saepe iubam quassat simul altam

5. Anno CCCCLVIII. gravissimum bellum inferunt, collatis is Samnites, Galli, Etrusci, et Umbri. Profecti eo Q. Fabius imus et P. Decius Mus. Etruscis et Umbris ad fines suos tu- los revocatis, Samnites et Galli in agro Sentinati iusto certa- e provocantur. Dextro cornu Galli, sinistro Samnites con- int. Primo concursu aequis viribus omnia gesta. Decius, ior pedestri pugna, equitatum in hostes concitat, his irruens, adversus Gallicus equitatus. Romanorum equos longius eve- , essedis carrisque superstans armatus Gallus conterret et in fu- i vertit. In hoc discrimine Decius M. Livium pontificem prae- verba iubet, quibus se et legiones hostium, patrem imitatus if. Ann. CCCCXIII.), pro exercitu populi Rom. Quiritium de- eret. Praeit pontifex, Decius sequitur. Exsecratus in se

12. Nar amnis exhaurit il- (Velinos lacus) sulphureis is. Conf. et Lib. XXXI. 4. Virg. . VII. 517. — *audiit amnis* hurea Nar albus aqua. — X. 10. *Nequinum in ditionem li Romani venit* (Fulvio Pae- et T. Manlio Torquato coss.); *nia eo adversus Umbros mis- a flumine Narnia appellata.* . *Divi — mitto.* Nonius: gnariter, strenue, fortiter onstanter. Plautus Persa: scio hercle, utrum velle: indica prognariter. Ennius alium libro VI.: — diu h. arumper. Ut p. R. p. pro- riter armis Certando p. a. de itto. Merula legit: Anna- libro V. tum pro *diu*, quod non bene convenit cum sequenti *parumper* — *divi. parum- per.* — Ex hac dictione con- iicere licet, brevem hanc orationem fuisse, temporis an- gustiae accomodatam. COLUMNA.

7. *prudens.* — Terent. Eu- nuch. I, 1. 27. — *prudens, sciens, vivus, vidensque pereo.*

7. *Se tum — albas.* Ma- crob. Sat. VI. 8. *Homerica* (Il. ξ. 506.) *descriptio*: Ὡς δ' ὅτέ τις σταθ- τὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ Δεσμὸν ἀποῤῥήξας, θείει πεδίοιο κροαίνων Εἰωθὼς λούεσθαι εὐῤ- ῥεῖος ποταμοῖο Κυδιόων, ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται Ὦμοις αἴσσονται, ὃδ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς. *Ennius hinc traxit*: *Et tum sicut equus, q. d. p. ac-*

Spiritus ex anima calida spumas agit albas;
*Iniicit irritatu', tenet occasu', iuvat res.

✥

Disperge hostes, distrahe, diduc, divide, differ!

✥

Cogebant hostes lacrimantes, ut misererent

✥

. . . . . ducuntur forte ligati

Gallorum et Samnitium copias Decius formidinem, fugam, caedem, cruorem, ompes coelestium, infernorum iras, qua confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum. 13. Irritatus ab hoste, iniiciens se ipse infestis telis, interficitur, tenet occasio, devotio iuvans ac bene succedens victoriam parit.

14. Q. Fabius collega Decii, suum militem hortatur, ut hostilem invaderet aciem, et territos caederet. Castra capiuntur, interficitur dux hostium Egnatius. 15. Ingens fit caedes, hostes etiam suis lacrimis cogebant Romanos, ut misererent, et tandem occidendi finem facerent. 16. Q. Fabius relicto in Etruria colle-

tus Vincla s. m. a. a. et inde Fert sese c. p. o. l. p. Celso p. s. i. q. s. a. Spiritus ex a. c. sp. a. albas. Merula in principio legit: *Se tum* et pro inde *indu*, ut sit *indufert*, infert. Tentat et: — *campi per coerula laetaque prata.* — Ea aliûs notionis in Libro Annal. II. 43.

13. *Iniicit — res. Fest. Occasus — quo vocabulo Ennius pro occasione usus est in libro secundo* (Annal. II. 19.) *Item in libro quinto: Iniicit irritatus, tenet occasus, iuvat res.*

14. *Disperge — differ. Glossar.* Fornerii MS. *Divido διαστέλλω. Ennius in quinto: Disperge h. distrahe, diduc, divide, differ.*

15. *Cogebant — miserent. Priscian.* lib. VIII. *Similiter hio, hisco; amo, amasco; miseret, miseresco, sed magis a misereo est, quo vetustissimi sunt usi, ut supra dictum est. Ennius in quinto Annalium: Cogebant hostes lacrumantes, ut miserent.*

16. 17. *ducuntur — Minturnenses. Victorinus* de carmine heroico: *Hexameter versus dactylicus variatur per XXXII species. Nam in versu dodecasyllabo species una est, quippe is, sine ulla varietate omnes in se spondaeos habet, et vocatur Spondiazon, ut est: Forte ducuntur ligati Minturnenses.* Sentiunt mecum magni viri, non solum Ennii esse, sed Ennium etiam ita scripsisse: — *ducuntur forte ligati Minturnenses* — quicquid scribat praeter ppetae

Minturnenses . . . . . .

. . . tergum igitur sagu' pinguis opertat.

Quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen.

. . . . ansatas mittunt e turribus *hastas*.

---

exercitu, Romam reversus, triumphat de Samnitibus, Etruet Gallis. Inter alios et *Minturnenses* ligati in triumphum ti. 18. Data ex praeda militibus aeris octogeni bii, ut ait . X. 30, *saga*que et tunica, praemia illa tempestate militiae id quaquam spernenda. 19. Minturnas missi coloni. Erat m oppidum situ non incommodo, nec iniucundo ad ostium is, quod flumen per amoenam urbem leni agmine fluctuum it. 20. Anno CCCCLIX. iterum res gesta cum Samnitibus ab L. Postuo Megello et M. Attilio Regulo Coss. Samnites deinde (CCCCLX) pe fusi, caesi, fugati a L. Papirio Cursore, Sp. Carvilio Maxi- et aliis. Anno CCCCLXI. expugnata validissima oppida Aminum, Duronia, Aquilonia, aliaque Samnitium, ad quarum us oppugnationem referendus hic versus Ennii.

ntem Victorinus. MERULA.

18. *tergum — opertat.* atur ex Ennio a *Nonio*, s. v. *gas.*

19. *Quod per — flumen.* crob. Sat. VI. 4. *Agmen pro u et ductu quondam ponere inelegans est, ut: — leni it agmine Tibris. Immo et anum est. Ennius enim in quinto ait: Quod p. a. u. leni fluit agmine flumen.* Virg. Aen. II. 782. *— leni fluit agmine Tibris.*

20. *ansatas — turribus.* Nonius: *Ansatae, iaculamenta cum ansis. Ennius libro V. Ansatas mittunt e turribus* — Columna explet versum, adscripta fini voce: *hastas*, sed e mera coniectura.

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER SEXTUS.

(AB URBE CONDITA CCCCLXII — CCCCLXXXVII.)

1 Quinctus in occulto mussabat . . . .

1. Anno CCCCLXII. victi sunt iidem Samnites ac oppressi a Q. Fabio Maximo Gurgite, Proconsule. Pugnat hic primo concursu adversus hostes infeliciter, victusque in urbem fugit. Deliberante senatu de removendo ab exercitu, dolens inferendam sibi ignominiam, domi se continens *Quintus in occulto mussat*; pater vero, vir auctoritatis summae, Senatum adit, offert ultro se iturum filio legatum, si labis eluendae et renovandae contra hostem pugnae non denegaretur copia. Impetrat facilis. Conferuntur manus. Virtute patris non modo conclusus liberatur filius, verum etiam capitur C. Pontius Samnitium imperator, et caeduntur XX. millia hostium. Pacem Samnites petunt. Quiescente Samnite, et caesis aliquoties Vulsiniensibus (CCCCLXVIII.) plebs tertium, propter aes alienum, in Ianiculum secedit, cuius mali tam dira calamitas fuit, ut dictator dictus fuerit. Q. Hor-

1. *Quintus — mussabat. Festus: Summissi dicebantur murmuratores. Naevius: Odi inquit, summissos, proinde aperte dice quid sit, quod times. Ennius in sexto Annalium: Quintus in occulto mussabat.* Sic suppleverunt eruditi. *Paulus* Festi abbreviator: *Mussare, murmurare. Ennius: in occulto mus-*

Titus Caeciliu' Denter,
Luciusque frater . . . . . .

Navu' repertus homo, Graio patre, Graius homo, rex
*Aemoni', Burrus, uti memorant, a stirpe supremo.

---

tensius, qui plebem in urbem reducit. 2. Anno CCCCLXIX. redivivum contra Romanos bellum movent Galli Senones, Etrusci, Lucani, Bruttii, Samnites. Profectus contra Gallos L. Caecilius cadit ad Arretium, cum XIII. millibus Romanorum. Ad ulciscendum mittitur cum exercitu (CCCCLXX.) *T. Caecilius Denter* praetor, superioris anni Cos. *frater*, qui itidem oppressus cum magna exercitus parte interit. (Utriusque fratris virtutem admiratus Ennius celebravit, notante Plinio, suis versibus libri VI Annal. initio). Tandem Gallos ita ad Lacum Vadimonis delet P. Cornelius Dolabella Cos., ut in ea gente nullus superfuerit, qui incensam

sabant. Alibi: *Non possunt mussare boni*, et: *Non decet mussare bonos.* —

2. *T. Caecilius Denter. Plin.* H. N. VII. 27. *Fortitudo in quo maxime exstiterit, immensae quaestionis; utique si recipiatur poetica fabulositas, Q. Ennius T. Caecilium Teucrum* (l. Dentrem) *fratremque eius praecipue miratus, propter eos sextum Annalem adiecit.* Quam autem vere hoc scribat Plinius, Ennius propter Caecilium sextum Annalem adiecisse, aliis iudicandum relinquo. Certe Ennius eo in libro bellum cum Pyrrho rege est prosecutus. Et qui potest dici, Ennius sextum Annalem adiecisse, qui Annales suos continenti scriptura absolvit, distributos multo post in XVIII. libros a Q. Vargunteio? Fuit hic T. Caecilius Denter, frater L. Caecilii Dentris, Consulis anno CCCCLXIX. MERULA.

4. *Navus — rex. Festus: Navus, celer ac strenuus, a navium velocitate videtur dictus. Ennius libro VI. Navus r. h. G. p. G. h. rex.*

5. *Aemonis — supremo. Nonius: Stirpem generis feminini. Virg. Aen. VII.* 293. *Heu stirpem invisam — Mascul. Ennius Annalium libro quinto: Omnes Pyrrhus u. m. a. stirpe supremo.* Legit Merula — Ann. *libro sexto*, et pro Omnes: *Aemonis* vel *Chaonis.* Aemonia regio est Graeciae, Epirus vero olim Chaonia dicta. Sed Burrum rescribi iussit P. Victorius Var. lect. XIV. 3. neque aliter legitur in Pal. 1. et 2.; non *Purrum* ut vulgo. Quintil. I.

qui est omnibu' princeps,
Effundit voces proprio cum pectore sancto:
Aio te Aeacida Romanos vincere posse!

ab se urbem gloriaretur. 4. Anno CCCCLXXII. arma mota primum contra Tarentinos. Belli causa fuit vis, ab iis illata L. Valerio Classis praef., quem nihil hostile metuentem ad se profectum cum multis demerserunt, et iniuria facta L. Postumio legato. Quum suis diffiderent viribus Tarentini, quaesitis multis, *repertus* tandem *homo navus* s. callidus, *Graecus, Graeco patre, rex Epirotarum, Pyrrhus, summa, qua deorum, qua hominum stirpe satus.*

6. Pyrrhus per legatos ab Tarentinis accersitus (CCCCLXXIII.) in Italiam transit, consultus ante omnia de belli contra Romanos eventu, Apollinem, cuius oraculum decantatissimum prae omnibus. 7. 8. Is respondens huiusmodi ambiguam dictionem sancto

4. *Sed B quoque in locum aliarum literarum dedimus — unde Burrus et Bruges.* Conf. Burmann. ad loc. Quint., praesertim vero Osanni Analecta critica. p. 12. Not. 5. *Burrus.* Cicer. in oratore 48.: *Burrum* (al. Purrum) *semper Ennius, nunquam Pyrrhum, Ut patefecerunt Fruges, non Phryges, scripsisse, ipsius antiqui declarant libri. Nec enim graecam literam adhibebant nunc autem etiam duas, et cum Phrygum et quum Phrigibus dicendum esset.* Innuit Cicero Ennium nec literam Φ nec T adhibuisse. — *a stirpe supremo.* Festus in Recto fronte: *Antiquae id consuetudinis fuit, ut, quum ait Ennius quoque: a stirpe supremo.* Conf. ad Annal. I. 59. Idem: *Stirpem in masculino genere antiqui usurparunt pro eo quod est femina, metaphorice dicentes, poetae quae nunc in femineo proferunt genere. Livius: Tradunt familias quorundam Romanorum, Troiano stirpe ante conditam Romam procreatas. Idem Livius: Ostrymam quendam memorant Graio stirpe exstitisse. Ennius Annalibus.: Nomine Pyrrhus, uti memorant a stirpe supremo.* Oriundus Pyrrhus paterno genere ab Achille, materno ab Hercule. Conf. Aurel. Vict. de vir. illustr. 35.

6. *Quis est omnibu' princeps.* Cic. Orator. cap. 48. *Ita enim loquebantur: — qui est omnibu' princeps, non omnibus princeps.* Ennii volunt esse hemistichium alii, Lucilii alii, ut Schirach. ad h. l.

7. *Effundit — sancto.* Serv. ad Virg. Georg. II. 424. *Ennius: Eff. voces p. cum pectore sancto. Cum abundat,* ut et in Virgilii loco — *cum vomere fruges.*

8. *Aio — posse.* Cicer. de divinat. II. 56. *Herodotum cur*

Quam semper fuvit stolidum genus Aeacidarum!

10 Bellipotentes sunt magi' quam sapientipotentes.

---

pectore effatur: Aio te Aeacida Romanos vincere posse. 9. 10. Pyrrhus, pro more familiae, stultus dictum interpretatur in sui commodum, sed quam perverse, ultimus demonstravit eventus. — Pyrrhus, vix exspectatus, in Italiam transportat validum exercitum et XX elephantos. Tarentum venit, iuventutemque conscriptam suis copiis miscet. Romae ingens metus. Novi dilectus habentur. Mittitur contra Pyrrhum et Tarentinos P. Valerius Laevinus Cos. Instruuntur utrimque acies apud Heracleam. Laevinum fluminis transitu rex prohibet, et astu transmisso flumen equite, ordines Romanorum primus turbat. Consul flumine

veraciorem ducam Ennio? num minus potuit ille de Croeso, quam de Pyrrho fingere Ennius? quis enim est, qui credat, Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum: Aio t. A. R. v. posse? Primum latine Apollo nunquam locutus est, deinde ista sors inaudita Graecis est: praeterea Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat, postremo, quamquam semper fuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Aeacidarum B. p. sunt m. q. s. potentes, tamen hanc amphibologiam versus intelligere potuisset. — *Minuc. Felix* Octavio: *De Pyrrho Ennius Apollinis Pythii responsa confinxit, cum iam Apollo versus facere desiisset, cuius tunc cantum illud et ambiguum deficit oraculum: A. t. A. R. v. p.* — *Aurel. Vict.* de vir. illustrib. 35. *Pyrrhus rex Epirotarum paterno genere ab Achille materno ab Hercule oriundus, quum imperium orbis agitans, Romanos potentes videret, Apollinem de bello consuluit. Ille ambigue respondit: A. t. A. R. v. p. Hoc dicto in voluntatem tracto, auxilio Tarentinis venit, bellum Romanis intulit.* — *Diomed.* lib. 1. *Ἀμφιβολογία est vitio compositionis in ambiguo posita sententia. A. t. A. R. v. p.* — *quum incertum, ab Aeacida Romanos vinci posse, an ab Romanis Aeacidam.* — *Isidor.* Orig. I, 33. *Amphibologia, ambigua dictio* — *ut illud responsum Apollinis ad Pyrrhum: A. t. A. R. v. p.* — *Priscian.* lib. XVIII. *Sed auctores frequentissime a ὑπερβάτοις, i. e. transitionibus utuntur, ut: A. t. A. R. v. p.*

-Aeacida. — Pyrrhus ut et pater eius Aeacides, frater Alexandri M., sic dictus ab Aeaco, Iovis et Europae filio, qui pater fuit Pelei, avus vero Achillis. Ab Achille autem nobilissima serie per Achillis filium Pyrrhum, Pyrrhus.

9. 10. *Quam — sapien-*

Apta, dato signo, loca turritis elefantis
Explorant Numidae; totam quatit ungula terram,
*It nigrum campis agmen . . . . . .
Barritu pecudum titubantes arma requirunt.

superato et ipse summis viribus Epirotas adoritur, invadit, dissipat. Pyrrhum equo lapsum periisse, fama spargit. Hic Epirotis cadunt, crescunt Romanis animi. Pyrrhus avertendae cladi, vestem insignem dat Megacli induendam, eumque circumvehi passim iubet, ut se vivere arbitrati hostes terrerentur, ipse privati hominis habitu cum toto exercitu in Romanos invehitur. Pugna initio anceps, donec Megacle occiso, Pyrrhus occisus crederetur. Insurgunt acrius Romani, cedunt hostes. Rex resumtis summi ducis insignibus pugnae fortunam mutat. Dat signum elephantis. 11. 12. Dato signo, Numidae, qui praeerant, apta loca turritis belluis quaerunt. 13. Excitatur a Pyrrho novus hic belluarum exercitus, et *nigro agmine* campis incedens, Romanam aciem inopinato metu concutit. 14. *Barritu* elephantorum Romani perterriti et perturbati, titubantes maiores copias optant.

tipotentes. Cit. a *Cic.* de divin. II. 56. loco supra allegato.

11. 12. *Apta — Numidae. Glossar.* Forner. MS. *Πυργοφόρος turritus. Ennius in V. Apta dato s. l. t. elephantis Explorant numeri* — ubi legit *Numidae* Merula, et connectit ea cum versu proximo ap. Macrob. Sat. VI. 1. ex Ennii Lib. sexto citato: *Explorant Numidae, totam quatit ungula campum.* Ambigit tamen de fide connexus, cum haud attribui possint ungulae Elephantis secundum Plin. H. N. XI. 45., nisi potius ungulae de aliis bellicis intelligendum, quarum descriptio in proximis huic fragmento versibus sequebatur. Aliam movet difficultatem Gisb. Cuperus in exercit. de elephant. II. 1. cum dicit: „Sed vix puto, si ita legenda sunt verba haec, ad Pyrrhum posse spectare, quia Numidae non fuerant in exercitu Pyrrhi, putabamque nonnumquam in illo glossario Annalium numerum corruptum esse, et pro V., quo agit Ennius de rebus Pyrrhi, scribi debere VII., quo belluin Punicum canit." Salva tamen res est, Elephanti, animalia Numidiae, certe a Numidis singulis tractabantur. — *totam q. ungula terram.* Conf. et Annal. VIII. et Virg. Aen. VIII. 596.

13. *It nigrum — agmen. Serv.* ad illa Virgil. Aen. IV. 404. *It nigrum campis agmen; Hemistichium*, inquit, *Ennii de elephantis.*

14. *Barritu — requi-*

. . . . . telo
Transfigit corpus, saxo cere comminuit brum.

. . . . . tetrosque elefantos.

Vertitur interea coelum cum ingentibu' signis;
*Tum cum corde suo Divum pater atque hominum rex
Effatur: . . . . . .

---

15. Horrenda editur strages, hic telo transfigit hosti corpus, ille saxo comminuit eius cerebrum, 16. et desperatis rebus, tetros elephantes cum fugerent, partim occiduntur ab iis, qui bestiis armati instabant, partim aut proboscidibus et dentibus conficiuntur, aut pedibus belluarum conteruntur. Infiniti etiam capti. 17. Vix unus Romanorum evasisset, nisi nox proelio finem dedisset. Tanta fuit Romanorum clades, ut Iupiter, ut poeta hic cecinisse videtur Merulae, misertus lanienae, visus fuerit Noctem

runt. Citat *Macrob.* Sat. VI. 1. ex sexto Ennii libro, sed mendose sic: *Balatum pecudes quatit omnes arma requirunt.*

15. *telo — brum.* Citat *Calpurnius* MS. allegatus ad Annal. III. 13. e libro sexto; tum *Serv.* ad Virg. Aen. I. 416. *Figura est Tmesis. Sed hoc tolerabile in sermone composito; caeterum in simplici nimis est, quod tamen faciebat antiquitas, ut: Saxo cere comminuit brum.* — *Donat.* de tropis: *τμῆσις est uniùs compositi aut simplicis verbi sectio — ut Saxo cere comminuit brum.* — Male Lucilio hemistichium attribuitur ab *Eugenio Toletano.*

17. *tetrosque elefantos. Isidor.* Orig. X. *Teter, ab obscura tenebrosaque vita. Teterrimum pro fero dixerunt, ut Ennius: tetrosque elephantos.*

18. *Vertitur — signis. Macrob.* Sat. VI. 1. *Virg.:* (Aen. II. 250.) *Vertitur interea coelum et ruit Oceano nox. Ennius in VI. Vertitur i. c. c. i. signis.*

19, *Tum — effatur.* Citatur a *Macrob.* eodem loco, ex Ennii VI. praemisso Virgil. Aen. X. 2. versu: *Conciliumque vocat Divum pater atque hominum rex.* Conf. quae dicta ad Annal. I. 138.

Lumen *protendit Burro tunc* scitus agaso

✿

Ut primum tenebris abiectis inalbabat
Orta dies . . . . . .

✿

Qui ante hac invicti fuvere viri, pater optime Olumpi,
Hos ego in pugna vici, victusque sum ab iisdem.

✿

---

excitare, ut maturaret et tandem receptui caneretur. 21. Hac de causa Pyrrhus finem persequendi fecit; Romani, flumine superato, in oppidum quoddam Apuliae pervenerunt; ipse Pyrrhus cum famulo, qui facem protendebat, noctu Tarentum intrans, atrocitatem cladis, quam hoc bello exceperat, diis suis hominibusque testatus est. 22. 23. *Postera enim die* — 24. 25. adfigens titulum in templo Tarentini Iovis, in quo scripsit, quae his versibus continentur. — Et cum a sociis increparetur, cur se victum diceret, qui vicisset, respondit: Ne ego, si iterum eodem modo vicero, sine ullo milite Epirum revertar.

21. *Lumen — agaso. Festus: Scitum populi — — Alias bonis pro scitis apoetis usurpantur. Terentius in Phormione,* (I. 2. 60.) *Satis, inquit, scita, et in Heautontimorumeno: At si scias, quam scite in mentem Veneri, et Ennius in libro sexto: Lumen *** scitus agaso. Agaso* famulus δοῦλος ἐπὶ κτήνεσσιν. Conf. Scalig. ad Fest. v. Agasones.

22. 23. *Ut — dies.* Citat hunc versum Achilles Statius ad Catullum, ex libro VI. Annal. auctorem non nominans. Certe his verbis concipi video initium libri VII Apuleii de asino aureo. Merula. Ut dedimus versum, emendatur a Wakefield silva crit. T. IV. p. 78.

24. 25. *Qui — iisdem. Orosius* Lib. IV. c. 1. *Sed Pyrrhus atrocitatem cladis quam hoc bello exceperat, diis suis hominibusque testatus est, adfigens titulum in templo Tarentini Iovis, in quo haec scripsit: Qui ante hac i. f. v. p. o. O. Hos ego in p. v. v. s. ab iisdem. Et cum a sociis increparetur, cur se victum diceret, qui vicisset, respondisse fertur: Ne ego si iterum eodem modo vicaro sine ullo milite Epirum revertar.* Ad quae Lud. Lautius: „Versus, uti in textu reposui, indubie Enniani

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis;
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.
Vosne velit, an me regnare hera, quidve ferat, Fors,

---

26. Romani accepta clade moesti, supplementum Laevino mittunt. Is, qui saucii, curatis, qui dispersi, collectis, qui ab urbe missi, suo exercitui admistis, Pyrrhum persequitur. Hic potiundae Capuae spe frustratus, Romam populabundus properat, inde in Etruriam; hinc, quum audiret Tiberium a Senatu ex Etruria revocatum, sibi obviam ire, Laevinum vero a tergo sequi, recedit; tum Tarentum redit. Eo Senatus Q. Fabricium legatum ad Pyrrhum mittit de captivis redimendis. Rex non solum Fabricium in summo habet honore, verum etiam sine pretio captivos remittit. Verba Pyrrhi magnanima ad Fabricium persequitur poeta a versu 26 — 33. — 34. Captivi redeunt in pa-

sunt, male prius cum reliquis confusi."

16 — 33. *Nec — Diis. Cicer.* de Offic. I. 12.: *Pyrrhi quidem de captivis reddendis illa praeclara sententia: Nec m. a. p. n. m. p. d. Nec c. b. s. b. Ferro n. a. v. c. u. Vosne v. a. m. r. H. q. f. F. Virtute e. e. h. s. a. d. Quorum v. b. f. p. Horumdem m. l. p. c. e. Dono d. d. v. c. m. diis: Regalis sane et digna Aeacidarum genere sententia.*

27. *Cauponantes bellum.* Caupones sunt, qui vendendo vino quaestum faciunt, hinc componari est, lucrum ex quacunque re captare, *bellum cauponari*, turpis quaestus causa bellum gerere, captivos vendere. Heusinger. Pyrrhus prae se fert, se non quaestus gratia et lucri belligerare cum Romanis, sed regni tantum et gloriae cupiditate. Idcirco se nolle ab illis pretium pro captivis accipere, quos gratis reddebat. Salmasius in not. ad Cic. loc.

28. *Vitam cernamus*, de vita decernamus, vitam in periculum et dimicationem conficiamus. Sic Ennius in Medea: — *ter sub artus malim vitam cernere, quam semel modo parire.* Conf. Ann. VIII. 58.

29. *Hera, heros* vocabant deos. Catull. ad Manl. 74. 77. Hic fortunae id nominis tribuit, quae in bello dominari maxime creditur. Plaut. III. Merc. IV. 12. Coniungo autem *hera Fors* cum Maturantio, Gronovio, Pearcio et Facciolato, quae est *Fortuna domina.* Conf. Spanhem. ad Iulian. Caes. p. 231. Cortium ad Sallust. Cat. 8. Ab aliis *hera* et *fors* tanquam di-

Virtute experiamur. Et hoc simul accipe dictum:
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorumdem me libertati parcere certum'st.
Dono ducite, doque volentibu' cum magnis Diis.

✿

. . . . . redinunt
In patriam . . . . . .

✿

Aut animis superant asperrima *fun*era belli
Ac spernunt . . . . . .

✿

Quo vobis mentes, rectae quae stare videbant

---

triam. 36. Quin et Pyrrhus Cineam legatum Romam mittit de componenda pace, sciscitantem, an Romani generosiores facti, bellique cladem spernerent, nec ne. 38. Pacem, maiore iam

versae res distinguuntur. HEUSINGER.

30. *Accipe.* Quia tres legati ad Pyrrhum missi sunt, eosque pariter adloquatur, Pearcius *accipite* legit (Al. Codd. *accipere*, Gothanus *accipite*, habet,) ita ut *acpite* pronuncietur. IDEM.

31. *pepercit.* Parcere i. q. servare. Conf. ad Ann. IV. 3.

32. *Eorundem.* Vulg. *Horumdem.* Sed *eorumdem* apud veteres non minus trisyllabum. Conf. Broukhus. ad Propert. IV. 77. — *certum'st*, mihi constitum, decretum est. Cic. Offic. II. 19. pro Rosc. Am. 11. Terent. II. Andr. I. 11.

33. *Dono ducite.* Distincte haec duo verba legenda censent eruditiores; ut *dono doque* cohaereant; alii *dono ducite* interpretantur: dono accipite, muneri datos abducite. — *volentibus cum magnis diis*, formula bene precandi. Vid. Cort. ad Sall. Iug. XIV. 19.

34. *Redinunt in patriam. Festus: Redinunt significat redeunt. Ennius *** redinunt in patriam.*

36. *Aut — spernunt.* Virg. *Interpretes* a Maio editi. p. 46. *Ennius in VI. Aut animis superant atque asperrima *** era belli spernunt.* Emendavi ut supra. — *spernunt* sc. cladem iis inflictam.

37. *Quo — viaa. Cicero* Cato mai. 6. *Ad Appii Claudii senectutem accedebat etiam, ut coecus esset, tamen is, cum sententia senatus inclinaret ad pacem et foedus faciendum cum Pyrrho, non dubitavit dicere illa, quae versibus persecutus est Ennius: quo v. m. r. q. st. v. Antehac, d. s. f. ruina. Ceteraque gravissima.*

Antehac, dementes sese flexere viaa?
* Sed quid ego hic animo lamentor? . . . . .

✿

Orator sine pace redit, regique refert rem:
. . . . . * decretum'st, fossare corpora telis,
* Dum quidem unus homo Romae toti superescit.

✿

. . . . . nam me gravis impetus Orci
Percutit in latus . . . . . .

Senatus parte flexa, Appius Claudius Coecus, vehementissima oratione dissuadet. Verba Appii ad Senatum refert poeta.

41. Oratione ista motus Senatus, eodem die Cineam urbe excedere iubet, et Pyrrho bellum indicit. Cineas sine pace redit, refertque Pyrrho, decretum esse, persequi Romanos potius ad exitum voluisse bellum, dum quidem unus homo superesset Romae, quam pacem condere iniquam. Anno CCCCLXXV. invadit Pyrrhus Apuliam. Ad Asculum pugnatur P. Sulpicio et P. Decio Coss. Pulsis initio Graecis, Pyrrhus, elephantis immissis, equitatum Romanum profligat. Interea Apuli, Epirotarum castra ingressi, Romanis victoriam afferunt. Elephanti pleriique interfecti, XX millia hostium caesa. 44 — 48. Pyrrhus cum multis

39. *Viaa* pro *vid.* Legit *viai* Merula; pro vulg. *ruina. Ruina* nec in MSS. nec in edd. vetustis comparet; quae constanter habent *via* vel *viae*. Conf. Voss. instit. orat. V. 270. Scaliger legit *vietae*.

40. *Sed — lamentor. Donat.* in Phorm. V. 4. 2. *Ennius in sexto; Sed q. e. h. a. lamentor.*

41. *Orator — rem. Varro* L. L. VI. *Ennius: Orator s. p. r. r. r. Orator ab oratione dictus, qui enim verba habebat orationum publice adversus eum, quo legebatur, ab oratione orator dictus.*

42. *Decretum — telis.* Idem eod. *Apud Ennium: decretum est f. c. t. Hoc verbum Ennii dictum a fodiendo, a quo fossa.*

43. *Dum — superescit. Festus: Superescit significat supererit. Ennius: Dum quidem unus homo Romae togâ superescit.* Quod interpretatur Dacerius, dum Romanus supererit, nam Romani togati erant. Merula tamen legit versum, ut eum recudi curavimus.

44. *Nam me — latus. Serv.* ad illa Virgil. Aen. I. 85. — *impulit in latus*, dicit: *Alii in latus, pro latus accipiunt. Ennius: Nam m. g. i. o. p. i. latus.*

. . . . . hostili tamen irruit ictu,
Perculit in latus . . revulso et stipite miles,
Qui iactu valido percussit parmam . . . .

Qui potis ingentes oras evolvere belli

---

aliis vulneratus (Verba Pyrrhi, se vulneratum a milite, stipite armato, narrans suis) Tarentum, Romani in hibernas per urbes Apuliae discedit. Tarenti in sequentem annum omnia ad renovandum proelium parantur, milites et pecuniae toti Epiro imperantur. Bellum decernitur novis consulibus (CCCCLXXV.) C. Fabricio Luscino et Q. Aemilio Papo. Eos adit Nicias, qui Pyrrho fidus putabatur, pollicitus, se dolo regem interfecturum. Fabricius id aegre ferens, Pyrrho insidias indicat, qui tanta humanitate motus, iterum gratuito captivos remittit, et pacem secundo per legatos petenti respondet Senatus, egressus Italia de pace ageret. Vocatus a Syracusanis in Siciliam redit, relicto Milone, qui Tarentum et reliqua Italiae loca tueretur. Anno CCCCLXXVI. Fabricius Bruttiis, Tarentinis et Lucanis triumphat. Anno CCCCLXXVII. Q. Fabio Gurgite, C. Genucio Clepsina Coss. continuatum bellum. Victoria Romanorum talis, ut Tarentini ac Samnites, rebus suis diffisi, Pyrrhum — 49. qui solus videbatur potestatis, ingens bellum finiendi, ex Si-

46. *hostili — parmam. Festi* schedae: *Stipes, fustis terrae defixus. Afranius* etc. *** *nius in* (lego: *Ennius in*) *** *hostili in me iactu* (lego: *h. tamen irruit ictu*) *percussit latus* (l. *percutit in l.*), *ut* (lego: *et*) *revulso stipite miles, qui iactu valido percussit parmam. Nisi si stipitem voluit ponere pro telo vel hasta.*

49. *Qui potis—oras belli. Macrob.* Sat. VI, 1. citat e libro VI. Ennii, conferens cum hoc Virgilii: (Aen. IX. 528.) *Et mecum ingentis oras evolvere belli. Diomed.* Lib. I. *Ex eodem etiam Potis dicebant. Item potis est, pro potest, ut apud Ennium: Q. p. ingentes causas evolvere belli. — Quintilian.* VI. 4. de Cicerone: *Quum Sex. Annalis testis reum laesisset, et instaret identidem accusator ei: Dio M. Tulli, numquid potest de Sex. Annali? Versus tunc dicere coepit de libro Ennii Annali sexto: Qui potis ingentes causas evolvere belli.* — Spaldingius ad h. l. pro *Quis* legit *Qui*, utpote magis Ennianum; probatque Columnae coniecturam, Ciceronem e *principio* libri versum excepisse. Conf. et Heynium ad Virg. Aen. IX. 528.

50 . . . . . *Curiu' vero,*
Quem nemo ferro potuit superare nec auro,
. . . . . Anionem
53 Brundisium pulcro praecinctum praepete portu

cilia revocarint. 50. M. Curius Dentatus, *vir probissimus* et L. Cornelius Lentulus Coss. (CCCCLXXVIII.) exercitum contra Samnites et Lucanos adducunt. Pyrrhus Locros recipit; a Rhegii oppugnatione depulsus vulneratur, multo milite amisso, inde Tarentum redit. Revocatus in auxilium a Samnitibus, ad Beneventum a Curio in fugam coniicitur. Cum paucis refugit Tarentum, inde in Epirum navigat, Milone cum praesidiario milite Tarenti relicto. Tarentini, Nicone duce in Milonem, impressionem faciunt, et legatis Romam missis, pacem impetrant. Anno CCCCLXXXI Samnites, Bruttii, et Tarentini subacti; magnaque pars Italiae in potestatem P. R. redacta. Eodem tempore a M. Curio Dentato — 52. *Anienus* de manubiis hostium in urbem est perductus. Anno CCCCLXXXV. Picentini domiti, — 53. sequenti anno Salentini, caputque regionis Brundisium cum pulcro et inclyto portu, M. Attilio duce in deditionem accepti. His accesserunt (CCCCLXXXVII.) Sassinates et Messapii.

50. *Curius — auro. Cicér.* de re publ. III. 3. *Tamen etiam si cui videbitur illa in optimis studiis et artibus quieta vitae ratio beatior, haec civilis laudabilior est certe et illustrior, et qua vita sic summi viri ornantur, ut vel M' Curius, quem n. f. p. s. n. auro.* Ubi Maius notat, esse e deperditis Ennii versibus. Curii fortitudo et abstinentia satis notae sunt. Conf. saltem Cicer. Cato mai. 13. Val. Maxim. IV. 5.

52. *Anionem. Serv.* ad Virg. Aen. VII. 683. — *gelidumque Anienem* — ait: *Anio haud longe ab urbe est, sed hic Ennium secutus est. Nam Ennius Anionem dixit secundum regulam.* Anienem ex manubiis de Pyrrho captis in urbem induxisse Curium Dentatum, tradunt Aurel. Vict. de vir. illustrib. 32. et Frontinus de aquaed. 6.

53. *Brundusium — portu. Gell.* N. A. VI. 6. *Cur autem non quoque Ennium reprehendit* (Hyginus) *qui in Annalibus, non, ut Virgilius pennas Daedali praepetes, sed longe diversius inquit: Brundis. p. p. p. p.* Ennius *praepete portu* dixit ad Graecorum exemplum, quibus est προσαλὲς πεδίον, ut notat Scaliger ad Severi Aetnam. 326.

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER SEPTIMUS.

(AB URBE CONDITA CCCCLXXXVIII—DXXIV.)

1 . . . . . scripsere alii rem

1. In fronte huius libri poetam se excusasse, quod bellum Punicum primum parcius et breviore narratione absoluturus sit, quam cetera a se descripta, et quidem, quod bellum illud iam antea a Naevio poeta, peculiari carmine decantatum fuerit, testis est Cicero in Bruto: *Tamen illius, quem in Faunis et Vatibus enumerat Ennius* (i. e. Naevii) *bellum Punicum, quasi Myronis opus delectat. Sit Ennius sane, ut est certe, perfectior, qui si illum* (Naevium), *ut simulat, contemneret, non, omnia bella persequens, primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. Sed ipse dicit, cur id faciat, scripsere, inquit, alii rem Versibus — et luculente quidem scripserunt, etiamsi minus, quam tu, polite.* Quae Ciceronis verba, cum luculentis versibus

1. *Scripsere—ante hunc. Cicer.* in Bruto cap. 18. *Quid nostri veteres versus ubi sunt? — quos olim F. v. c. Q. n. M. sc. q. s. N. d. st. erat . . . . ante hunc. Ait ipse de se, nec mentitur in gloriando, sic enim sese res habet.* Idem eodem: *Tamen illius, quem in Faunis et vatibus enumerat Ennius* etc. — (vid. supra). — Idem in Oratore. 51. *Ennio licuit vetera contemnenti dicere: Versibus q. o. F. v. d., mihi de antiquis eodem modo non licebit? praesertim, quum dicturus non sim: Ante hunc; ut ille, nec quae sequuntur: Nos aussi reserare.* Idem eodem: *Nec vero reprehenderim: Scripsere alii rem, et scripserunt*

Versibu', quos olim Fauni Vatesque canebant,
Quum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat . . . . . .
. . . . . ante hunc.

---

ex hoc Annalium libro conspicere sit, bellum Punicum primum re vera et ab Ennio tractatum fuisse (e. g. prima expeditio navalis describitur contra Poenos etc.) non ita accipienda, quodsi diceret, bellum hoc ab Ennio non scriptum fuisse, sed potius, ut vellet, scriptum quidem esse, nec vero omnibus illud coloribus, quemadmodum cetera a generoso populo gesta, adumbratum. Ennius enim his ipsis versibus, innuit, non omnibus coloribus adumbrasse quidem bellum illud Punicum primum, quod in eo totus fuerit Naevius, scripsisse illud tamen obiter, ne rerum narratio, eiectis multorum annorum actis, temere interrumperetur. Pergit: 1—5. Scripsere enim alii res gestas Romanorum, versibus rudibus atque inconditis, quum nemo antehac Musarum scopulos sive Parnassum adscendisset, nec verborum et politae orationis studiosus esset, ante hunc Naevium, et Nae-

verius esse censeo, sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. Idem de divinat. I. 50. *Eodem modo multa a vaticinantibus saepe praedicta sunt, neque solum verbis, sed etiam Versibus q. o. F. v. canebant.* — *Varro* L. L. VI. *Versibus q. o. F. v. canebant. Fauni dei Latinorum.* — *Aurel. Victor* in orig. gent. Rom. 5. *Post Picum regnavit in Italia Faunus, quem a fando dictum volunt, quod is solet futura praecinere, quos Saturnios dicimus. Sed urbem Saturnum, cum in Italiam venisset, condidisse traditur. Eius rei Ennius testis est, cum ait: Versibus q. o. F. v. canebant.* — *Quintilian.* IX. 4. *Ante enim carmen ortum est, quam observatio carminis: Indeque illud:— Fauni, vatesque canebant.*

rem sc. Romanam, bella a Romanis gesta.

2. *Versibus.* Intelligit versus Saturnios, de quorum origine et metro tantum laborant viri eruditi.—*Fauni*, reges Aboriginum, tum dei, qui saepissime oracula dixerunt, et quidem per versus. Fest. v. Saturno dies. Varro L. L. VI. l. c. Aurel. Vict. l. c.—*Vatesque* poetae, e. g. Marcius vates ap. Macrob. l. 17. et Livium XXV. 12., Livius Andronicus (cf. Osann Analecta crit. p. 30.) in Odyssea vetere, tum Naevius in carmine de bello Punico.

5. *Ante hunc.* sc. Naevium. Naevius enim bellum Punicum primum scripsit versibus Saturniis et continuo carmine, quod postea, teste Sueton. de ill. Grammat. in septem libros dispescuit C. Octavius Lampadio.

*Nos ausi reserare *fores*, *nos fecimus* *longos
Versus . . . . . .
**Sed* neque me decet haec carinantibus edere chartis,
*Nam latos populos, res atque poemata nostra
Cluvebit . . . . . .

✿

. . . . . Poenos Didone oriundos

---

vius ipse rudi illo et Saturnio metro usus est. 6. 7. Nos vero, pergit, novum carminis genus, immo hexametros, sive heroicos versus componere, primi adgressi sumus, quales ille Naevius ignorabat. 8. Neque tamen hoc illi vitio vertendum, nec me decet, haec, lacessentibus dictis, in scriptis meis hoc loco edicere, 9. 10. cum ille Naevius non solum per omnem populum, sed et per hoc ipsum nostrum poema, laudibus extollatur, extollique debeat.

11. Inde poeta explicasse videtur originem Carthaginiensium

6. *Nos ausi reserare.* Tacito scommate percellit Naevium, qui teste Varrone L. VI. in bello Punico dixit, *Nec satis reserire* scil. se potuisse Musarum fores, ut bene coniicit Popma. *Resarrire* i. q. aperire.

Longos versus. Cicer. de legib. II. 27. *Exstrui autem vetat sepulcrum altius, quam quod quinque diebus absolverit — nec imponi, quam quod capiat laudem mortui, incisum quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius. — Isidor.* Orig. I. 37. *Hexametros Latinos primum fecisse Ennius traditur, eosque longos vocavit.* Vide Osann Analecta crit. cap. 2., in quo hexametro dactylico heroo Q. Ennium primum esse usum, docte et erudite demonstratur. Versum concinnavit Planck ad Enii Med. p. 109.

8. *Neque me — chartis. Serv.* ad Virg. Aen. VIII. 6. *Carinare est obtrectare. Ennius: Neque me decet haec carinantibus edere chartis:* Sic et alibi Ennius: *contra carinantes verbaque obscoena effali. chartis* dixerunt pro libris, ut Lucil. Sat. XXVII. ap. Nonium: *Nec sic ubi Graeci, ubi Socratici charti quicquid quaeritis?*

9. *Nam latos — cluebit.* Citat *Probus* in arte instit. ap. Columnam. Al. *cluvebat.* Ian. Dousa legit: *Nam Latii populos res atque p. nostra cluvebunt*, ut in iis sit Enii augurium de immortalitate scriptorum. Denique observandum, Columnam et Merulam contra fidem Ciceronis in Bruto l.c. versus 1—10. intulisse libro primo Annalium Enii.

11. *Poenos D. oriundos. Priscian.* Lib VI. *Quod autem*

Sed sola terrarum postquam'st permensa parumper

✥

Poeni sunt soliti, sos sacrificare puellos
Divis . . . . . .

✥

Poenos . . . . . .

✥

---

sive Poenorum, narrans, esse oriundos e Didone, quae 14. postquam per varios casus orbem terrarum permensa fuisset, cum suis Africam profecta, Carthaginem condiderit. 12. Tum describisse eum mores publicos et privatos Poenorum, verisimile. Expendit enim, quod Poenis, adversis et desperatis rebus, sollemne erat, pueros suos immolare deis suis, ut et testantur Diodor. Sicul. XX. Iustin. XVIII. 6. Orosius III. 6. aliique. 15. Adiecit quaedam de

Ionis, Didonis et Calypsonis dicitur, ostendit hoc etiam Caesellius Vindex in Stromateo his verbis: Calypsonem ita declinatam esse apud antiquos. Livius: Apud nympham Atlantis filiam Calypsonem. Ennius in VIII. (lege VII.) *Poenos Didone oriundos.* Aliam tamen lectionem fovet *Philargyr.* ad Virg. Georg. II. 506. *et Sarrana dormiat oestro. Dicit enim: Tyrus Sarra quandoque dicta est, ut Homerus docuit, quem etiam Ennius sequitur auctorem, quum dicit: — Poenos Sarra oriundos.* Utraque scriptura proba, ait Merula, an tamen unius eiusdemque loci, ambigo. Quod Tyrus Sarra, testatur et Gell. N. A. XIV. 6.

12. *Sed sola — parumper. Festus: Solum terram. Ennius libro tertio: Tarquinio dedit imperium simul et sola regni. Et alibi: sed sola terrarum postquam permensa parumper.*

13. *Poeni — Divis. Festus: Puelli per diminutionem a pueris dicti sunt. Itaque et Ennius ait: Poeni soliti suos sacrificare puellos. — Nonius: Puellos, pueros: Ennius: Ille suos Divis mos sacrificare puellos.* Inde Merula emendat versum, ut supra legitur.

15. *Poenos.* Sic pro Poenorum feminas dixisse Ennium, testantur *Festi* schedae s. v. *Punici. Quae solebant antiqui efferre per Pu syllabam longam, Ennius in Poe extulit, Poenos dicens. Sed est culpa librariorum, quia ea, quae feminino genere dicuntur, scribunt masculino. et ipsi Graeci ita loquuntur, qui solent philologos, philargyros feminas dicere. Poenos putans viros librarius appellari, mutavit, quod*

. . . . . Poeni stipendia pendunt

✥

. . . . . tunicatae iuvntus.

✥

Iuppiter . . . . . .

✥

Appius indixit Kartaginiensibu' bellum

---

moribus feminarum Poenorum. 16. Agit de modo, quo Poeni milites et a peregrinis sollicitabant. 16. Dicit, iuvenes Poenos tunicis indutos fuisse. — 17. Pergit deinde ad bellum Punicum primum. Anno enim CCCCXCVIII Q. Fabio Maximo, L. Mamilio Vitulo, primum contra Carthaginienses bellum excitatum. Eius causae a Romanis, quod Poeni Tarentinis adversus illos auxilio venerant, a Poenis, quod Romani cum Hierone amicitiam inierant, vera causa, quia se mutuo suspectos habebant, et uterque salutem suam in alterius clade et exstirpatione ponebat. Ita utrimque affectis haec belligerandi occasio nata. Quo tempore Rhegium in Italiae finibus occupatum a Iubellio duce Romanorum, eodem Messana, urbe Siciliae, Campani intra moenia suscepti, civibus contra fidem partim interfectis, partim expulsis, sunt potiti. Supplicio de Romanis sumto, qui Messanam tenebant, cum metu perterriti, tum proelio adverso cum Hierone debilitati, alii Carthaginiensium, alii Romanorum praesidium implorant. Romani veriti, ne hac occasione Carthaginienses tota Sicilia potirentur, quum omnia iam tenerent praeter Messanam et Syracusas, Mamertinis advocantibus opem ferendam censent, atque omnia cum Diis auctoribus auspicantes, Iovem in primis consulunt de futuro belli eventu. — 18. *Iupiter* Romanis Carthaginis excidium promittit, ut cecinit hic, teste Servio, poeta.

19. Anno CCCCLXXXIX Coss. Appio Claudio Caudici et M. Fulvio Flavo, illi Sicilia obvenit, huic Etruria. Appius indixit

per adiectionem ab Ennio ea vox explanata non fuerit (sic legendum), *cum tamen eiusmodi fere nomina etiam in virili, quam in femineo sexu proferantur.*

16. *Poeni — pendunt. Varro* L. L. IV. *Milites stipendiarii ideo, quod eam stipem pendebant. Ab eo Ennius: Poeni stipendia pendunt.*

17. *tunicata iuventus. Nonius: Tunica est vestimentum sine manicis. Ennius probro Karthaginiensium tunicatam iuventutem voluit dicere.*

18. *Iupiter. Servius* ad Virgil. Aen. I. 24. *In Ennio enim inducitur Iupiter promittens Romanis excidium Carthaginis.*

19. *Appius — bellum.*

20 . . . . . unus
Suru' surum ferret, tamen defendere posset.

At non quadrupedes equites . . . . . .

. . . . legio reditu rumore ruinas

. . auferre domos, populi rumore secundo

bellum Carthaginiensibus. 20. 21. Castra eorum apud fretum ita erant munita, ut vel ab uno palo tantum, aut surculo armato defendi potuerunt. Appius tamen, praemisso C. Claudio Tribuno militum, deceptis Poenorum praesidiis, quae castra et fretum custodiebant, ne quid copiarum ab Romanis vel commeatuum in Siciliam importaretur, noctu fretum traiecit. Hieronem, regem Syracusanorum, quem in obsidenda Messana socium Poeni adsumserant, improviso adortus ita cum eo confligit, 22. ut equestri proelio victus, *nec* enim *quadrupedes equites* Hieronis vincere potuit, pedestri prospere pugnarit, ac Hieronem Syracusas fugerit. 23. Varie deinde dimicatum ad Messanam cum Poenis. (Quo pertinere putantur versus 23 et 24, quorum alter indicare videtur, le-

Citatur versus a Cicerone, suppresso auctoris et libri nomine.

20. *unus — posset. Festus. Rigido tum caerula suro, cum ait Ennius, iocatus videtur super etymo verbi coeruli. Est enim a maris nomine* (leg. *colore*). *Eodem verbo de eadem re usus est libro II. . . . coerula prata. Mare ipsum dixit et alibi: Inde Parum per coerula navibus ambulabant. Item: unum surum surus ferre tamen defendere possunt. Suri autem sunt fustes et ὑποποδιστικῶς surculi.* Versum emendavit Merula.

22. *At non quadrupedes equites. Nonius: Equitem pro equo. Virgil. lib. III. Georg.* 115. — *atque equitem docuere sub armis insultare solo et gressus glomerare superbos. Ennius Annalium libro VII. At non quadrupedes equites* — Conf. ad vers. 72.

23. *legio — ruinas. Nonius: Rumor, favor, auxiliatio. Virgilius libro VIII.* 78. *Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo; i. e. prospero favore et auxilio fluminis.* — *Ennius Annalium VII. legio reditu rumore ruinas. Mox: auferre domos populi rumore secundo.*

24. *auferre — secundo.* Nonius loco citato.

25 Rurescunt frundes . . *longique cupressi
Stant rectis foliis, et amaro corpore buxum.

gionem per rumorem i. e. auxiliationem ruinas castrorum forsan, postquam rediisset semel repulsa, ascendisse, alter, praesidiales obsessae Messanae milites, spolia redimisse, auxiliante vel favente populo.) — Consul, praesidio Messanae relicto, Hieronem persequitur et Syracusas obsidet. Ibi in angustum adductus arte evadit, et Rhegium se recipit. Fulvius vero res Etruriae componit, atque Italiam plane pacat. Anno CCCCXC. Coss. M'. Valerius Maximus Messala et M'. Ottacilius Crassus in Siciliam traiiciunt, quorum adventu, cum pleraeque Carthaginiensium urbes ad Romanos deficiunt, tum Hiero proelio fractus, pacem petitam duris conditionibus impetrat. His auditis Carthaginienses in Siciliam supplementum mittunt, et Agrigentum tenent. Consules, foedere cum Hierone icto, ob hibernum tempus Rhegium revertuntur. Anno CCCCXCI. L. Postumius Megellus et Q. Mamilius Vitulus, in Siciliam profecti, Agrigentum, quod a Poenorum duce Annibale tenebatur, obsident. Poeni fame oppressi, ad summam dimicationem quum venissent, vincuntur. Agrigentum, praesidio Poenorum clam egresso, in potestatem Romanorum venit.

25. Quarto anno belli Punici primi (CCCCXCIX.) Coss. L. Valerio Flacco, T. Otacilio Crasso, novus dilectus ab S. P. Q. R. in Siciliam mittitur. Romani plerasque mediterraneas civitates, pedestrium copiarum metu, Poeni vero maritimas, classis terrore ad se trahunt. Id quum Romani animadvertissent, animum ad

25. *Rurescunt frundes.* *Charisius* lib. I. *Frus, huius frundis, quod sic ab Ennio est declinatum Annalium libro septimo: Rurescunt frundes* — Vulgo *frons, frondis. Rurescunt*, verbum penitus obsoletum. Columna. Scaliger *rarescunt* legit hoc loco, eleganter. Volebat forsean hoc Ennius, tantam arborum copiam ab Romanis fuisse parandae classi excisam, ut sylvae (quae *συνεδοχικῶς frundes* hoc loco) rariores fuerint factae. Merula. Alibi Ennius ap. Auson. in Monosyllab. — *populea frus.*

Longique cupressi — buxum. *Philargyr.* ad Virgil. Georg. II. 449. *Buxum lignum Virgilius, non arborem dixit, quamvis Ennii exemplo et arborem potuerit dicere, neutro genere. Ille enim sic in septimo: — longique cupressi Stant r. f. et amaro corpore buxum.* Potuisset hoc fragmentum etiam intelligi de parata et stante iam in portu nova contra Poenos classe, quae tanta celeritate confecta,

Capitibus nutantes pinus, rectosque cupressos
*Incidunt, arbusta praealta securibu' caedunt;
Percellunt magnas quercus; exciditur ilex,
Fraxinu' frangitur, atque abies consternitur alta;
Pinus proceras pervertunt; omne sonabat
Arbustum fremitu silvaï frondosaï.

✥

Idem campus habet textrinam navibu' longis

✥

---

classem exaedificandam adpellunt; ei parandae undique materiae, omne arborum genus conquirunt, *pinos*, *cypressos* et alios. 27 — 32. Fabricandae et instruendae classi inventas arbores Romani securibus caedunt, pervertunt, impolitas asciis dolant, aliisque ferramentis laevigant. 33. Textrinas navium instruunt, in

ut ipsae fere arbores, cum suis foliis et corticibus stetisse fuerint visae. *Mirum*, ait Plin. H. N. XVI. 39., *apud antiquos primo Punico bello classem Duilii imperatoris ab arbore excisa, LX. die navigasse.* Flor. II. 2. *Ipsa velocitas classis comparatae victoriae auspicium fuit. Nam intra LX diem, quam caesa fuerat sylva, navium classis in anchoris stetit.*

27. *Capitibu' nutantes — cupressos. Nonius: Cupressus generis feminini, ut dubium non est. Masculini Ennius: Capitibus n. p. rectosque cupressos.*

28. — 34. *Incidunt — frondosaï. Macrob.* Sat. VI. 2. citat illo e libro sexto Ennii, non dubium, quin corrupto numero. — *Incidunt arbusta praealta* legit Merula pro vulgari: *Incedunt arbusta per alta*, quamquam et haec tolerari possunt.

30. *Fraxinu' frangitur.* Enniani versus aspero consonantium concursu horridum cadentium arborum fragorem summo artificio imitantur, iis praesertim verbis *Fraxinu' frangitur* — quibus fragor ipse auditur. Ac in eo etiam accurata quadam copia poetam lusisse apparet, quod mira orationis varietate uuicuique arbori suum verbum in eadem significatione tribuit. Columna. Ennii locum imitatus Virg. Aen. VI. 179.

33. *Idem campus — longis. Serv.* ad Virg. Aen. XI. 326. *Loca in quibus naves fiunt, Graece ναυπήγια, latine textrina dicuntur. Ennius: Idem campus habet textrinam navibus longis. Cicer.* Orat. 47. citat prima verba: *Idem campus habet.* — *navib. longis* triremibus.

Et melior navis, quam quae stlataria portat

Ut clavum rectum teneant, navimque gubernent.

* . . . . . tonsam arte tenentes
Parerent; observarent, portisculu' signum
Quum dare coepisset . . . . . .
*Poste recumbite, vestraque pectora pellite tonsis!

---

eodem campo fabricantur naves longae, et aliae; 34. tum et naves stlatariae.

35. Dum classis omni diligentia adparabatur; quoniam defuturi erant et gubernatores et remiges, novam et insolitam artem docendi erant Romani. Consules igitur milites exercent in littore, alios, ut clavum rectum tenerent, et navim gubernarent; 36. alios ut remos impellerent, ut parerent portisculo (τῷ κελευστῇ vel iussori), eiusque signum et nutum, quam possent, diligentissime observarent. 39. Cum portisculus signum daret, ut nimirum poste recumberent et sua pectora tonsis pellerent (Con-

34. *Et melior navis — portat.* *Scholiastes* Iuvenalis antiquus ad Sat. VII.180. *Spondet enim Tyrio Stlataria purpura filo. Stlataria*, inquit, *illecebrosa. Ennius: Et melior navis quam quae stlataria portat.* Merula. Recusus Scholiastes, opera A. G. Crameri. Hamburgi. 1823. 8. ubi locus comparet p. 295. Annotat Cramerus: *Stlataria navis, piratica.* Isidor. Gloss. — tum quodvis navigium bellicum.

35. *Ut clavum — gubernent.* Isidor. Orig. XIX. 2. *Clavus est, quo regitur gubernaculum. De quo Ennius: Ut clavum rectum teneam, navimque gubernem.* Merula legit *teneant* et *gubernent.*

36. *tonsam — coepisset. Nonius: Portisculus proprie est hortator remigum, i. e. qui eandem perticam tenet, quae portisculus dicitur, qua excursum et exhortamenta moderatur. Ennius libro VIII.* (lege VII.) *Annalium: thus ante tenentes p. o. portisculus s. q. d. coepisset.* Merula legit: *tonsam arte tenentes*, quia ante opus erat huius artis ignaris. Scaliger *ante* retinet, remum enim porrectis bracchiis ante pectora tenebant; dato signo adplicabant pectori.

39. *Poste — tonsis. Festus: Tonsam Ennius significat remum, quod quasi tondeatur ferro, quum ait libro septimo: Poste recumbite, vestraque pectora pellite tonsis. Item: Pone*

40. *Pone petunt, exin referunt ad pectora tonsas.
*Hortatore bono prius' quam iam finibus' termo
est,
quasi Hellespontus
fuso sanguine sacrem

sulcum verba). 40. Nautae Romani id exsequuntur, utpote in his rudimentis boni et dociles discipuli. 41. Hortatore bono usi et portisculo morigeri. 42. Sic deinde classis in ancoris stans, fuit, quasi Hellespontus i. e. claustra maris vel portus. 43. Anno CCCCXCIII. classi confertae et confectae praefectus Cn. Cornelius Scipio Asina, collega C. Duilii. Is, quaecunque ad profectionem et navale certamen facere videbantur, curat, sacrificat ho-

petunt, exin referunt ad pectora tonsas.

40. *Pone petunt — tonsas.* *Festus* l. c. Eleganter exprimit poeta morem remigum, qui ante pectus prius impellant remis, postea tergo paridiculantur, quum acceptum remum ad se recipiunt. Alii emendant: *Prona petunt* — ut clarius exprimatur gestus remigantium.

41. *Hortatore — termo est.* sc. usi. *Festus: Termonem Ennius graeca consuetudine dixit, quem nos nunc terminum; hoc modo: Ingente vadit oursu, qua reddibus termo est. Et idem: Hortatore bono prius quam iam finibus termo est.*

42. *Quasi Hellespontus.* *Varro* L. L. VI. *Quasi Hellespontum — et claustra, quod Xerxes quondam eum locum clausit. Nam, ut ait Ennius: isque Hellespontum pontem contendit in alto.* Scaliger legit: *Ad Hellesponti claustra. claustra, quod Xerxes* etc. haecque verba ex Euripidis Medea ab Ennio translata esse notavit. Ausonius Popma vero nil mutandum esse censet, et apospasmatium illud Ennii esse, tum ad Annales referendum et quidem ad Duilii classem statuit.

43. *fuso sanguine sacrem.* *Festus: sacrem, porcum dici ait Verrius, ubi iam a partu habetur purus.* — *Ponitur aliquando pro hostia: Ennius: fuso sanguine sacrem.*

Ista macella . . . . . .

45 . . . . . patrem divumque hominumque

Dux erat ipse vias *per* *salsum humorem . .
*Conferta pulcre rate, inaerataque perite,
Per liquidum mare eunt, sudantes atque sedentes;
*Labitur uncta carina per aequora cana; celones
50 . . . . . *aplustra.

stiam, 44. faustum inde omen trahens ex immolationibus hostiarum; 45. Iovem precatus, magno molimine ex portu solvit.

46. Cornelius Scipio dux erat ipse viae per mare. 47. Confertis ratibus atque inauratis, Romani per mare eunt, ad remos sedentes et prae novo remigandi studio sudantes. — 49. Labitur uncta classis per aequora; celones, quae ad ministerium erant aptae, sequuntur. 50. Neque classi sic eunti deerant *aplustra*

44. *Ista macella.* Caper de orthographia citat ex Ennio, suppresso libro. Macellum a mactandis pecoribus, sed hoc loco annotat Caper, in plurali numero prolatum.

45. *patrem divumque hominumque.* Citat Cicero de nat. deor. II. 2.

46. *Dux — vias.* Priscian. lib. VI. *Primae declinationis femininorum genitivum etiam in As more graecorum solebant antiquissimi terminare. — Ennius in septimo Annalium: dux ipse vias, i. e. vias. — salsum humorem.* Serv. ad Virg. ap. Merul. *Salsum humorem, Ennianum i. e. mare.*

47. *Conferta — sedentes.* Varro L. L. VI. *Ratis, navis longa dicitur, ut Ennius, quum ait: Conferre aut ratem aeratam qui perit et qui dum mare sudantes eunt atque sedentes.* Emendavit versus Scaliger, ut eos posuit Merula. Popma legit: *Ut conferre ratem aeratam quivere perite Per liquidum mare.* — Romani, inquit, edocti artem remigandi classem in altum duxerunt.

49. *labitur — celones.* Isidor. Orig. XIX. 1. *Celones, quas Graeci κέλητας vocant, i. e. veloces biremes, vel triremes agiles, ad ministerium classis aptae.* Ennius: *labitur u. c. p. a. c. celonis.* L. *celones.* Conf. et Annal. XIV.

50. *Aplustra.* Glossar. Benedicti: *Aplustra* τὰ ἐπὶ τῶν πλοί-

Multa foro ponens, ageaque longa repletur

Una trabes remis sulcat rostrata per altum,
*Ingenti vadit cursu, qua redditu' termo est;
*Mulserat huc navim compulsam fluctibu' pontus;
*Impetus haud longe mediis regionibu' restat.

---

sive ornamenta navium. 51. Consul cum XVII navibus Messanam contendit; inde, quum omnia futuro certamini necessaria parasset, et omnis generis armamenta, non navigationi solum, sed pugnae navali etiam in foris atque ageis navium posuisset, Lipara proficiscitur. 52 — 55. Non tam exacte omnium navium gubernatores navigandi artem erant edocti, ut aliquot naves obliquo cursu a cetera classi non deviarint, et in praesentissima pericula non fuerint devectae, quibus tamen succursum a aliis, et

ov, ὁδὸς Ἔννιος. Vid. Fest. Applustra.

51. *Multa — repletur.* Isidor. l. c. *Agea, via seu locus in navi, per quam ad remiges hortator accedit. De qua Ennius: Multa foro ponet et agia via longa repletur.* Reposui versum ex emendatione Merulae. *Glossae* ap. Scaligerum: Agea παρὰ Ἐννίῳ, ἡ πάροδος πλοίου. Scheffer de militia navali p. 804. Antiquit. Polen. Tom. V. legit: *Multa fora ponunt, agearia longa replentur.*

52. *Una trabes — altum.* Varro L. L. VI. *Canes, quod latratu signa dant, ut: Signa canant; Canes appellatae, et quod ea voce indicant, quae noctu latent, latratus appellatus. Sic dictum a quibusdam, ut: una canes, una trabes remis rostrata per altum.* Ennio adscribunt versum Columna et Merula.

53. *Ingenti — termo est.* Conf. ad v. 31.

54. *Mulserat — pontus.* Priscian. lib. IX. *Mulgeo mulsi facit, quamvis differentiae causa quidam mulxi protulerunt, quia mulceo quoque mulsi facit.* — *Ennius in VII. Annal. Mulserat h. n. c. f. pontus. Mulgere* h. l. agitare, impellere.

55. *Impetus — restat.* Festus: *Restat pro distat ait,* (sc. Verrius) *Ennium ponere, quum is dicat: Impetus aut l. m. r. restat.* Ad quae Dacerius: „Sed hic Verrium puto falli. *re stare* posuit Ennius pro *retro manere*, de navibus, quarum impetus in medio cursu fractus.“ Pro *aut* legit Merula *haud.*

Alter nare cupit, alter pugnare parat'st.

Duis censent terrere minis, hortantur ei sos:
*Non semper vestra evenit, nunc Iuppiter hac
stat;
*Fortibus est fortuna viris data; *eia! ma-
chaeras
*Porgite . . . . . .

vita illa dignu' locoque

auxilium latum. 56. Liparas venit Consul; a classe Punica circumventus, et per fraudem veluti in colloquium evocatus capitur. In ea trepidatione Romani, alii strenue pugnando volunt occumbere, alii nando salutem quaerere. 57. C. Duilius, quum adversam collegae sui fortunam intellexisset, pedestres copias, quibus ex sorte praeerat, Tribunis militum tradens, ad classem se confert, et quoniam a Poeno victore omnia terroris et minarum essent plena, ante pugnam submittit per singulas naves, qui Romanis ad renovandum certamen instigarent. 58. — 60. Ei sic suos hortantur: Non semper vestra etc.

61—62. His dictis Duilius, *vir probus* et *illo loco dignus, Romanos ad fortitudinem et iram movet.* — Sic animato ad proelium milite C. Duilius Poenos, navali pugna congressus ad Liparas devincit,

56. *Alter — parat'st. Festus: Nare a nave ducum. Cornificius ait, quod aqua feratur natans, ut navis. Ennius libro septimo: Alter nare cupit a. p. p.*

57. *Dum — ei sos. Festus: Sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius libro septimo D. c. t. m. hortanturve sos,* ubi Merula legit: *hortantur ei sos.*

58. *Non semper — stat. Macrob.* Sat. VI. 1. praemisso Virgilii Aen. XII. 665.: *Ne qua meis dictis esto mora, Iuppiter hac stat,* citat ex Ennii libro septimo.

59. *Fortibus — data.* Macrob. ibid. ex Ennii septimo. *eia machaeras. Serv.* ad Virg. Aen. IX. 38. *Eia militum properantium clamor, et est Ennianum, qui ait: Eia machaeras.*

60. *Porgite. Serv.* ad Virg. Aen. VIII. 274. *Porgite, Ennianum i. e.* porrigite.

61. *vita illa — locoque.* Citat ex Ennio *Victorinus* de metrorum ratione. Imitatur Lucil.

Duilius dictis Romanis incutit iram.

Atque animi magna Romanos impulit omnes.

Africa terribili tremit horrida terra tumultu
Undique, multimodis consumitur anxia curis;
Omnibus indu locis ingens apparet imago
Tristitiae, oculosque manusque ad sidera lassas
Protendunt, exsecrando duci facta reprendunt

---

mersa et fugata illorum classe. Annibal vix Carthaginem incolumis rediit. Romani Segestam obsidione eximunt, et Macellam oppidum in Sicilia pugnando capiunt. Duilius primus omnium Romanorum ducum navalis victoriae ducit triumphum. Anno CCCCXCIV. L. Cornelius Scipio Cos. in Sardinia contra Sardos, Corsos et Annonem Poenorum ducem feliciter pugnat. Caracalae urbis excidio, incolis tantum terrorem iniicit, et omnes Poenos ita terra marique expugnat, ut iam victoriae nihil, nisi Africa ipsa, restaret. Occisi Annonis corpus e tabernaculo suo indictivo funere effert. — Anno CCCCXCV. Attilius Calatinus et C. Sulpicius Paterculus Coss. in Siciliam profecti, Panormum, ubi Poeni hiemabant, omnem belli vim convertunt, eo oppido relicto, Hippanam et Mytistratum capiunt, Drepanum, Lilybaeum, et alia oppida, delectis Poenorum praesidiis, occupant, Liparas obsident. — 68. Trepidatum ab Attilio circa Camarinensium saltum, ubi hostis *magno exercitu Romanos* aggrediebatur, sed eximia virtus M. Calpurnii Flammae, Tribuni militum, Consuli et salutem et victoriam parit. — Anno CCCCXCVI. Annibal senior a Carthaginiensibus iterum classi praepositus, infeliciter cum Romanis navali proelio congressus, ab exercitu suo, seditione orta, in crucem tollitur. C. Attilius Regulus Cos. Liparam Melitamque Siciliae insulas, pervagatus evertit. 64 — 69. Fracta tam mul-

Sat. III. ap. Nonium. Citatur hemistichium supresso autoris nomine sive ex Ennio sive e Lucilio a Cicerone in orat. 48. *Ita enim loquebamur, qui est omnibu' princeps, non omnibus princeps et: vita illa dignu' loco-que, non dignus.*

62. *dictis iram. Serv.* ad Aen. I. 73. — *incute vim mentis. Ennius: dictis Romanis incutis iram.*

63. *Atque — omnes.* Virg. interpretes a Maio editi p. 45. *Ennius: Atque m. m. R. i. omnes.*

64 — 69. *Africa — circumcursant. Calpurnius Pi-*

Poeni; perverteutes omnia, circumcursant.

70 . . . . . perculsi pectora Poeni

Tonsillis rapide configunt littus aduncis,

---

tis Africa malis metu trepidat. Poeni graviter anguntur, et rebus deploratis, multo luctu conficiuntur, ducum ducum facta vellicantes; nusquam non manifesta animi moerroris indicia; omnia sursum ac deorsum miscentur.

70. Anno CCCCXCVII, M. Attilio Regulo, et L. Manlio Vulsone Coss. Romani parant omnia, ut in Africam traiicerent. Iis obviam eunt Poeni, *perculsis etiamnum animis* ob superiores clades, eunt tamen, ducibus Annone et Amilcare; commisso proelio navali, victoriam adipiscuntur Romani. 71. Consules Africam petunt, littoribus tonsillas, quibus

so. MS. Lib. I. *Quanta autem, audita suorum clade formidine contremuerint Afri, quam repentino metu illorum animi conciderint, Ennius libro septimo, dissolutiore i. e. meliore describit arte, quam Naevius; quod potuit, qui hoc posterior fuit. Africa t. t. h. t. t. Undique m. m. c. a. c. Omnibus inde l. i. a. i. Tristitias o. m. ad. a. l. Protendunt a. d. f. r. Poeni p. o. circumcursant. Naevius in tertio: Sis Poeni contremiscunt artibus, universum Magni metus tumultus pectora possidet, Caesum funera agitant, exsequiae ititant, Temulentiamque tollunt festam.* — *Festus: Metonymia est tropos, quum ab eo, quod continet, significatur id quod continetur; ut Ennius, quum ait: Africa t. t. h. t. tumultu.* — *Cicero de orat. III. 42. Nevia quidem traductio atque immutatio in verbo quondam fabricationem habet, sed in oratione: Africa t. t. h. t. tumultu.* Idem Orat. 27. eundem versum innuit. Conf. quae dixi ad Annal. IV. 25.

70. *perculsi pectora Poeni.* Scribit Hieron. Columna, hoc fragmentum sibi missum e Consentia a Fabio Aquinate, qui illud ex quodam suo vetustissimo Statii interprete MS. excerpserat.

71. *tonsillis — aduncis. Isidor* Orig. XIX. 2. *Tonsilla, uncinus ferreus vel ligneus, ad quem in litore defixum funes navium illigantur. De quo Ennius: Tonsillas rapiunt, configunt littus aduncos.* Merula legit: *tonsillis — aduncis* e MS. Potuisset et: *tonsillas r. c. litori aduncas.*

* Navibus explebant sese terrasque replebant.

✤

. . . . . evax'st
Aspis ab Attilio . . . . . .

✤

Cuclopis venter, velut olim turserat, alti
Carnibus humanis distentus . . . . . .

✤

---

naves suos alligarent, impingunt. 72. Navibus se exonerant, Africamque multo replent milite. 73. Clupeam et Aspidem, primas a littore urbes in deditionem accipiunt, (Nuncius forte a poeta inductus, asseverat: *Aspis vere ab Attilio capta!*) inde in agrum Carthaginiensium irruunt. — Revocato Romam L. Manlio, Attilius Adin oppidum obsidet et Tunetem expugnat. 75. 76. Serpens eodem tempore, mirae magnitudinis, qui multos milites oppugnatus devoraverat, cuius *venter, ad instar Cyclopis, carnibus humanis distentus erat*, occiditur, cuius corium CXX pedes longum, Romam delatum, aliquamdiu multis miraculo fuit.—Attilius, cum successorem timeret, foedus cum Poenis facere conatur. Repudiant illud Poeni ob acerbiores conditiones, et auxilium petunt a Lacedaemoniis. Dux mittitur Xanthippus. Instructa acie Xanthippus Romanos castris exuit, Regulum cum XV millibus capit, caesis XXX millibus. — Anno CCCCXCVIII. M. Aemilius Paulus et Ser. Fulvius Nobilior, audita captivitate Reguli, transire in Africam cum classe CC navium iussi, Clypeam petunt. Classem Poenorum fundunt; CIV Poenorum naves demersae, XXX captae, XXXV millia militum caesa. Classis Romana, in Italiam praedis onusta remeans infando naufragio,

72. *Navibus — replebant. Serv.* ad Virg. Aen. VI. 545. ad illa *explebo numerum*, ait: *Explebo est minuam. Nam ait Ennius: Navibus explebant s. t. replebant. Glossar.* Fornerii: *Explere ἀποθάλλειν, ἐκτιτεσθαι Ennius in VII.*

73. *evax'st — Attilio. Charis.* L. II. *Evax. Plautus in Bacchidibus: Evax adspersisti aquam. Ennius Annalium IV. Asper a Latinis.* Vetus codex Dousae: *Ennius quoque Annalium liber: Aquas istas per litum.* Vocum prodigia. Leviter et incerto animo divino: *Ennius libro VII. evax'st Aspis ab Attilio.* MERULA.

75. *Cuclopis — distentus.* Citat Priscian. lib. IX. E libro IX. Ennii. Corrigendum libro VII.; sermo enim sine dubio de serpente. Dousa legit:

. . . . . ratibusque fremebat
Imber Neptuni . . . * furentibu' ventis,
. . . . . *fluctusque natantes.

80 . . . . . equitum celerissimus . .

77 — 79. fremente mari, furentibus ventis, qui extollebant natantes fluctus, evertitur. E CCC navibus, CCXX pereunt; LXXX abiectis onustis, vix liberatae.

80. In locum amissarum navium totidem factis et coniunctis LXXX superstitibus, Cn. Cornelius Scipio Asina et A. Attilius Calatinus praefecti, et profecti (CCCCXCIX.) in Siciliam, Panormum capiunt. Paullo post (D.) Cn. Servilius Caepio, C. Sempronius Blaesus Coss., cum CLX navibus in Africam transgressi, universam oram maritimam depopulantur. Anno DI in Siciliam a Senatu mittitur C. Aurelius Cotta Cos. Hic plurimis proeliis adversus Poenos et Siculos pugnat, et per totam Siciliam partim hostium, partim etiam sociorum inhumanas strages relinquit. Anno DII. L. Caecilius Metellus C. Furius Pacilus cum pedestribus copiis in Siciliam missi. Furius paullo post cum parte copiarum Romam revertitur. Quo cognito Asdrubal, novus Poenorum dux, ex Lilybaeo in Panormitanum agrum cum elephantis CXXXIII et equitum peditumque amplius XX millibus irrumpit; Metellum, qui Panormi se continebat, ad pugnam provocans, et *celerrimi equitum* ad speculandum emittens. Eum Metellus, cum flumen

Cuclopis venter velut olim turserat, alte carnibus humanis. d. —

77. *ratibusque — Neptuni. Serv.* ad Virg. Aen. I. 127. *Ennius imbrem pro aqua marina: ratibusque fremebat imber Neptuni.* Idem Aen. XI. 299. *Antiqui aquae sonitus fremitus dicebant. Ennius: ratibusque fremebat imber Neptuni.*

78. *furentibu' ventis.* Idem ad Aen. I. 55. ad illa: *furentibus Austris. Est, ait, autem species pro genere. Legerat enim apud Ennium: furentibu' ventis.*

79. *fluctusque natantes.* Idem ad Aen. VI. 705. ad verba: *qui praenatat. Praeterfluit, ait, et contrarie dictum est. Nam non natant aquae, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur secutus est, qui ait: fluctusque natantes.*

80. *equitum — celerissimus.* Citat ex Ennio supp. libri nomine *Charis.* lib. I.

. . . . . ferinunt;
* Denique vi magna quadrupes eques atque elefanti
Proiiciunt sese . . . . . .
. . . . . .
Haec abnuit *Regulus*: * Quo tam temere iti, citate

traieceret; 81. adortus magno proelio superat, elephantis, quos in Romanos Asdrubal impulerat, in suos consilio retroactis et eorum ministris, *caesis*; 82. 83. et in fugam *cum equestribus copiis se proiicientibus*, XX millia Poenorum interfecta, elephanti CIV capti et per Italiam cum voluptate spectantium ducti. Asdrubal cum paucis Lilybaeum profugit. 84. Sic victi et labefactati Poeni Regulum captivum de pace, aut de captivis commutandis Romam mittunt; iuratum, ut nisi redditi essent sibi quidam

81. *ferinunt*. *Festus*: *Redinunt* significat *redeunt in patriam*. *Idem etiam prodinunt pro prodeunt*, *ferinunt pro feriunt*. Sic supplevit Dacerius.

83. *denique — proiiciunt sese*. *Macrob.* Sat. VI. 9. *Omnes antiqui, ut hominem equo insidentem, ita et equum, quum portaret hominem, equitem vocaverunt; et equitare non equitem tantum, sed equum quoque dixerunt. Ennius libro Annal. VII. D. v. m. quadrupes eques atque e. P. sese. Numquid dubium est, quin equitem in hoc loco ipsum equum dixerit, quum addidisset illi epitheton quadrupes? Gellius* N. A. XVIII. 5. *Quem* (loquitur de Ennianista quodam, qui Puteolis in theatro, apud populum legebat Ennii Annales) *quum iam inter ingentes clamores legentem invenissimus* (*legebat autem librum ex Annalibus Ennii septimum*) *hoc eum primum versus perperam pronunciantem audivimus: D. v. m. quadrupes equus et e. P. sese — Neque poste a multis versibus additis, celebrantibus eum laudantibusque omnibus discessit. Tum Iulianus egrediens e theatro, Quid vobis, inquit, de hoc ἀναγνώσματι et de quadrupede equo videtur? Sic enim profecto legit: D. v. m. quadrupes equus et e. P. sese. Ecquid putatis, si magistrum praelectoremque habuisset alicuius aeris, quadrupes equus dicturum fuisse, ac non quadrupes eques? Quod ab Ennio ita scriptum relictumque esse, nemo unus literarum veterum diligens dubitavit* etc. — *Philargyr.* ad Virg. Geo. III. 115. — *equitem docuere sub armis*, ait: *Hic equitem, sine dubio equum dixit. Ennius autem libro VII. D. v. m. quadrupes eques atque e. P. sese*. —

84. *Haec abnu . . .* Vir-

86 Ac temere erratis? *inquit* . . . . . .
. . . *Hem, quianam dictis nostris sententia flexa'st?

✥

Quum illa ut, quae iam semel est imbuta veneno
. . . *remorbescat . . . . . .
*Atque priu' pariet Lucam locusta bovem, quam

✥

---

nobiles, Carthaginem ipse rediret. Senatum ingressus, conditionem dissuadet, reddi captivos negans, utile. 84. 85. Cum enim videret Senatum ad implendas conditiones se inclinare, ut ipse (Regulus) servaretur, *abnuit* hoc, inquiens: *Quo tam temere itis citato cursu? quo temere erratis?* 87. Pergens: Quodsi captivi non redduntur, Poenis deerunt milites acres, novi enim, quos adscivêrunt, nullius momenti sunt. Iuventus Poenorum ita cladibus perculsa, ut deficiat animus; novi delectus, *ut testa, quae iam semel erat imbuta veneno*, semper 88. *remorbescat*, nec ullum salubrem cibum servare potest, semper ignavi in pugnando erunt. 89. Atque prius pariet locusta elephantum, quam illi in fortes

gilii *interpretes* edente Maio p. 64. *Ennius Annalium* *** *Haec abnu*** — *Quo tam temere — erratis. Serv.* ad Virg. Aen. IX. 329. *Temere significat subite Ennius: quo tam temere itis citate castocametariis.* Emendavit Scaliger versum.

86. *quianam — flexa'st. Festus: Quianam pro quare, et cur positum, apud antiquos. Ennius in libro septimo: quianam dictis nostris sententia flexa'st.* Regulus dicit: Cur dictis meis, quod Carthaginem redire coactus sum, sententia vestra, de non reddendis captivis, in contrarium deflexa est?

87. *Quum illa — veneno. Festus: Venenum dicebant antiqui, cuius color inficiendo mutatur, ut Ennius, cum ait: Cum illud, quo iam semel est imbuta veneno.* Lego: *Quum illa ut* — Horat. Epist. I. 2. 69. *Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu* —

88. *remorbescat. Festus: Remorbescat Ennius posuisse videtur, pro in morbum recidat.*

89. *Atque — quam.* Varro L. L. VI. *Apud Ennium: Atque prius pariet locusta lucam bovem. Luca bos, elephas. Cur ita sit dictum duobus modis inveni scriptum. Nam et in C. Aelii commentario erat a Libycis Lucas, et in Verginii commentario, ab Lucanis Lucas; abeo, quod nostri, cum maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem, et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent apud*

. . . . . nec dico . . . nec facio mu.

Amplius exangere obstito lumine solis

nutabuntur viros. 90. Quod ad me attinet, redeam Cartha-
; omnibus cruciatibus me Poeni angant, *nec mis quidem*
! — Valet maximi viri auctoritas; qui reiectis a se coniu-
beris, amicis, Carthaginem, conservans iusiurandum, est
sus.

91. Poeni Regulum excogitatis atque horrendis cruciatibus
t. *Resectis palpebris soli expositum*, et deinde angusta ar-
lusum, ubi stare cogeretur, clavis acutissimis undique in-
m actis, ut se in nullam eius partem *sine* poenis atrocissi-
iclinaret, vigiliis et dolore perimunt. 92. Anno DIII. C.
s Regulus et L. Manlius Vulso Coss. cum classe CC navium
legionibus Lilybaeum proficiscuntur, et urbem obsidione
nt. Praeerat Imilco. Annibal Amilcaris filius ex Africa
classe missus, et intra oppidum receptus, Poenos animat.
multos Romanorum delet diuturna obsidio, tandem Coss.
e exercitus sui parte amissa, aegre evadunt. — Anno DIV
udius Pulcer in Siciliam missus, cum Adherbale, qui Dre-
rat, congressus, captis XCIII navibus, vix cum XXX Lily-
1 in castra confugit. L. Iunius Pullus Consul alter, repa-
lasse a Romanis in Siciliam mittitur, ut, qui Lilybaeum
bant, opem ferret. Classis Romana, quae in portu Lily-
10 stabat, interea a Karthalone et Imilcone praefectis in-

*elephantos, i. e. quadru-
cornutas (nam quos dentes
dicunt, sunt cornua) lucam
appellasse. Si a Libya
essent lucae, pantheres
es, non Africanae bestiae
ntur, sed Lucae. Si ab
is dictae, ursi potius Lu-
uam Luci dicti. Quare ego
or, potius, lucas ab luce,
onge relucebant propter in-
s regios clypeos, quibus
tum ornatae erant turres.
nec dico . . nec fa-
u. Donat.* in Terent. Andr. III. 2. 25. *Ennius: nec dico, nec facio mu.*

91. *Amplius — solis. Festus: Obstitum obliquum, Ennius libr. XVIII. Montibus obstitis obstantibus, unde oritur lux. Et lib. VIII. Amplius ex augure obstipolumve solis.* Merula legit: *Obstipum obliquum Enn. XVIII. M. obstipis obstantibus u. o. l. et libro VII. Amplius exangere obstipo lumine solis.* Et addit: „Regulum ita credo fuisse collocatum a Poenis, ut lumen solis illi fuerit obsti-

multiplicant Romani funera lata;
Qua Pollus furtim noctu' summa arcis adortus
Moenia, concubia, vigilesque repente cruentant

95 Hocce loquutu', vocat, quicum bene saepe libenter
Mensam, sermonesque suos, rerumque suarum

cenditur partim, partim capitur. 92 — 94. Qua re cognita, Pullus, omni classe per saevam tempestatem amissa, sollicitus Lilybaeum contendit; inde in Eryce monte et oppido capto praesidiis impositis, Romam redit. — Anno DVC. Aurelius Cotta, P. Servilius Geminus Coss. in Siciliam transgressi Lilybaeum et Drepanum oppugnant; Poenos terra prohibent. Eos avertendi causa, Karthalo classe oram Italiae peragrat; inde, orta mercenariorum militum seditione permotus, in Siciliam redit. 95 —

pum, i. e. obliquum, quo summopere fuerunt eius oculi exancti et discruciati." Dacerius tamen *obstitum* retinendum esse putat; nam aliud *obstitum*, aliud *obstipum* esse. *Obstitum*, obliquum ab obsistendo; unde obstitus lunae cursus dicitur. *Obstipum* vero σκληρόν, durum, immotum, rigidum.

92. — 94. *Multiplicant — cruentant. Glossar.* Fornerii MS. φόνευσις, *funus, caedes. Ennius: multiplicant Romani funera lata Quam Pullus furtim noctu — Macrob.* Sat. I. 4. *Ennius enim, nisi cui videtur inter nostrae aetatis politioris munditias respuendus, noctu concubia dixit his verbis: Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti Moenia, concubia, vigilesque repente cruentant. Quo in loco animadvertendum est non solum, quod noctu concubia, sed etiam, quod qua noctu dixerit. Et hoc posuit in Annalium septimo.* Merula legit *Pullus* et *adortus* in Macrobio, explicans locum, Romanos milites funera et caedes multiplicasse, latam stragem edidisse, vigilesque et praesidiarios milites cruentasse, inque eos ferro desaeviisse noctu concubia et intempesta, qua L. Iunius Pullus Consul summa moenia arcis (Erycis) adgressus, victoriae iam contra Poenos faceret initium.

95. — 112. Citat *Gell.* N. A. XII. cap. 4. ex Ennii Annalium libro septimo; dedimus versus in vulg. edd. admodum corruptos, prout Merula eos legerit. Annotabo varias lectiones e Columnae editione. T. Aelius Stilo, Ennium se ipsum sub hac persona amici Serviliani, depinxisse putavit.

Comiter impertit; magna quum lassu' diei
Parti fuvisset, de summis rebus gerundis
Consilio, indu foro lato, sanctoque senatu;
Quoi res audacter magnas parvasque, iocumque
Eloqueretur; tincta malis, et quae bona dictu
Evomeret, si qua vellet tutoque locaret;
Quicum multa volutat gaudia clamque palamque;
Ingenio, cui nulla malum sententia suadet,
Ut faceret facinus levis aut malus; doctu', fidelis,
Suavis homo, facundu', suo contentu', beatus,
Scitu', secunda loquens in tempore, commodu', verbum
Paucum, multa tenens, antiqua, sepulta, vetusta;

---

112. Adloquitur apud Ennium Servilius, instructa acie, vel collegam Aurelium, vel alium, cuius nomen perit.

97. *quum lassu' diei* Al. *quom lapsa diei.* Conf. et Rutgers. var. lect. V. 16.

98. *parti fuisset.* al. *parte fuisse — de summis rebus g.* al. *de parvis summisque g.*

101. *Eloqueretur tincta.* al. *Eloqueret, quae t.*

103. *qui cum multa volutat gaudia.* Al. *qui cum multa volup.* (i. e. voluptate) *ac gaudia.*

104. *Ingenio.* al. *Ingenium.* Malum ad facinus est referendum. COLUMNA.

105. *Ut faceret facinus levis aut malus; doctu', fidelis* Al. *ut faceret facinus, levis tamen haud malus; idem.*

106. *Suavis homo, f. suo contentus, beatus.* Al. *Doctu', fidelis, suavis homo, facundus, suoque.*

107. *Scitu', sec. loquens i. t. commodu' verbum.* Al. *Contentus, scitus, atque, beatu', secunda loquens in.*

108. *Paucum m. t. a. s. v.* Al. *Tempore, commodus, et verborum vir paucorum.*

Quae faciunt mores veteresque novosque tenentem,
Multarum veterum legum, divumque hominumque
Prudentem, qui multa loqui tacereve posset.
Hunc inter pugnas compellat Servilia sic:
. . . . . postquam discordia tetra

113. Anno DVI. N. Fabius Buteo Cos. Drepanum obsidet, Columbariam insulam capit; Poeni Italiae litora sua classe infestant. M. Fabius Buteo (CVIII.) classem Poenorum apud Aegimurum profligat. Anno DXI. C. Lutatius Catulus Cos. reparata classe CCC navium, adversus Poenos missus in Siciliam, Drepani portum et ceteras stationes occupat. Profligat classem Annonis apud Aegates insulas; hostium caesi infiniti, infiniti capti, magnus navium numerus submersus, magnus captus; reliquae Annonem, primum fugae ducem, secutae Hieronesum fugiunt. Lutatii contra Poenos victoria gravissimo bello finem imponit. Nam sequenti anno Coss. Q. Latatio Cerconе et A. Manlio Torquato petentibus Karthaginiensibus pax data. Leges hac latae: Poeni Sicilia et omnibus insulis, quae inter Italiam et Africam, excederent, MMCC talenta in annos XX penderent, captivos redderent, utriusque populi socii apud utrumque populum tuti essent etc. Anno DXV demitis a L. Manlio Torquato Faliscis, Galli Cisalpini, novi hostes exsurgunt. Adversos eos varia sorte bellatum. Eodem anno Li-

109. *Quae f. m. v. n. t.* Al. *Multa tenens antiqua sepulta, et saepe vetustas.*

110. *Multarum v. l. d. h.* Al. *Quae facit et mores veteresque novosque tenentem, Multorum veterum legum, divumque hominumque.*

111. *Prudentem.* etc. Hic nulla varia lectio, nec in versu sequenti.

112. *Hunc inter pugnas,* quae pugnabantur ad Lilybaeum et Drepanum oppida. Merula.

113. 114. *postquam — refregit. Serv.* ad illa Virg. Aen. VII. 622. *Belliferratos rupit Saturnia portes,* ait: *Ἀντιφραστικῶς fecit, mutando Ennii versum. Nam ille ait: Belli ferratos postes p. refregit. Horat.* Serm. I. 4. 60.: *— eripias si Tempora certa modosque et quod prius ordine verbum est, Posterius facias, praeponens, ultima primis: Non ut si solvas: Postquam discordia tetra Belli ferratos postes portasque refregit; Inveniens tamen membra disiecta poetae,* ubi Acron.: *Si ordinationem metricam mutes in opere Lucilii vel*

Belli ferratos postes portasque refregit.

115 Illurii restant sicis sibunisque fodantes.

gures a Tib. Sempronio Graccho superantur. Anno DXVI et seq. Galli et Ligures subacti a P. Cornelio Lentulo et C. Licinio Varo Coss. Corsos Varus subigit. Anno DXVIII subigitur Sardinia, ductu T. Manlii Consulis. Pace omnibus locis facta templum Iani est clausum, 113, 114 anno DXIX *discordia tetra* et iterata defectio a pop. Romano Sardorum, Corsorum et Ligurum, *portas eius refregit.* Victi a Sp. Carvilio Ruga et L. Postumio Albino Coss., rebellantes aliquoties tandem multis malis quiescunt. — 115. Anno DXXIV. primum cum Illyriis bellum. Eius causa caedes legati Corruncani, iussu Teutae, Illyriorum reginae, patrata. Illyrii Cn. Fulvio Centumalo et L. Postumio Albino fugantur. — Teuta cum paucis Rhizonem confugit, legatos (DXXV) Romam de pace mittit, quam accipit. Anno DXXVIII. bellum Gallicum Cisalpinum suscipitur. Fugantur Galli a C. Attilio Regulo; tum Anno DXXX. a C. Flaminio et P. Furio Philo, deinde, ut et Insubres socii Gallorum, sequenti anno a M. Claudio Marcello et Cn. Cornelio Scipione Coss. Ita bellum confectum. Anno DXXXII. Istris bellum illatum ob latrocinia maritima, subacti M. Minucio Rufo, P. Cornelio Scipione Coss. Anno DXXXIV. iterum cum Illyriis bellatum. Belli causa Demetrius Pharius rex Illyriorum, qui Illyrica oppida Romanis subiecta vastarat. L. Aemilius Paulus et M. Livius Salinator, regem Demetrium ad Philippum Macedonum principem fugant, et reliquas Illyriae civitates sibi adiungunt.

meo, non eandem gravitatem invenies, quam in Ennii versu vel Pacuvii soluto, i. e. non ita invenias, quemadmodum si solvas versus Ennii aut Pacuvii, qui etiam soluti altitudinem et tumorem poematis obtinent. Et Porphyrio: *Si dissolvas versus vel meos vel Lucilii, non invenies eadem verba, quae sunt in Ennianis versibus, qui magno scilicet spiritu et verbis altioribus compositi sunt, veluti hi sunt: — postquam discordia tetra B. f. p. p. refregit.*

115. *Illurii — fodantes. Festus: Sibunum appellant Illyrici telum venabuli simile. Ennius: Illyrici restant sicis sibinisque fodantes. — Restant* i. e. *resistunt; fodare* pro fodere veteres dixerunt.

QUINTI ENNII ANNALIUM LIBER OCTAVUS.

(AB URBE CONDITA DXXIV — DXLII.)

1 Quae valido venit contorta falarica missu.

1. Secutum est Punicum bellum secundum. Intulit illud Annibal, filius Amilcaris, quem ad Aegates insulas superioribus annis vicerat C. Lutatius. Hic in demortui Asdrubalis locum imperator in Hispania declaratus, in Olcadum fines irruperat (DXXIII.), sequenti anno, ducto in Vaccelos exercitu, Helmanticam et Arcobulam ceperat, et Carpetanos ad deditionem adduxerat. Terrore illo compulsi Saguntini legatos Romam mittunt. Romani bellum Annibali indici iubent per legatos, nisi Sagunto abstineret. Annibal nihilominus Anno DXXIV. Saguntum, oppugnatum quamvis per *falaricas* etiam se strenue defendisset, capit. Romani legatos Carthaginem mittunt, qui Annibalem rupti foederis auctorem deposcerent, et, nisi traderetur, bellum indicerent.

1. *Quae — missu.* Nonius: *Falarica, telum maximum Virg. Aen. IX.* 705. *Sed magnum stridens contorta falarica venit. Ennius: Quae valide veniunt falarica missa.* E Virgilio versum restituit Merula. Falaricam Saguntinis proprium telum missile descripsit Liv. XXI. 8. *Falarica*, enim ait, *erat Saguntinis missile telum hastili oblongo, et caetera tereti, praeterquam ad extremum, unde ferram exibat, id, sicut in pilo, quadratum, stuppa circumligabant, linebantque pice; ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis transigere corpus posset.*

Aptabant sagos . . . . . .
. . . . . , coeruleas *iam perdidit frundes*
Termes; purpureis gemmavit pampinus uvis

Marsa manus, Peligna cohors, Vestina virum vis.

Ac contra carinans, verba atque obscoena profatur:

---

n parenti Poeno bellum indictum. 2. Anno DXXXV. P. Corio Scipione et Tib. Sempronio Longo Coss. Annibal Alpes suat, et in Italiam transgressus *autumno*, 3. cum *sagos* ad hirnandum aptarent milites, 4. *olivae iam frondes perderent, uvaes maturescerent*, P. Cornelium ad Ticinum, Tib. Sempronium Trebiam acie sternit. Anno DXXXVI. Romanos ad lacum rasymenum fundit; occiso C. Flaminio. Iis cladibus acceptis) dictatore Romae dictus Q. Fabius Maximus, qui magistrum aitum M. Minucium Rufum creat. Annibal interim ex Etruria Umbricum et Picenum, 5. Marsis, Peligris et Vestinis vastain Apuliam venit. Eo et profectus cum Romano exerQ. Fabius castris se continens, Annibalem iuveniliter extantem sua cunctatione frangit et rem Romanam servat; Minucio Rufo illum adsidue — 6. segnem, timidum,

d id maxime, etiam si haesis- in scuto, nec penetrasset in pus, pavorem faciebat; quod n medium accensum mitteret, conceptumque ipso motu multo iorem ignem ferret, arma omitcogebat, nudumque militem ad sequentes ictus praebebat. Vi- et Festum v. Falarica, Veget. re milit. IV. 18. Isidori Orig. VIII. 8.

2. *Sagos — uvis.* Elicienhaec forsan e corruptissimis rbis *Charisii* L. 1. *Saga maulini generis apud Ennium: gas coeruleas therva purp. mmavit pamp. uvis. Termes* vae ramus, oliva.

5. *Marsa — vis. Charis.* Lib. III. *Σχέσις ὀνομάτων est, quum iusta plures autonomasiae ponantur, ut: Marsa m. P. c. festina virum vis. — Donat.* de schematibus: *Σχέσις ὀνομάτων est multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulandi, ut, Marsa m. P. c. festina virum vis. Vestina* legit Dousa (populi erant inter Picenos et Sabinos ap. Plin. H. N. III. 5. et 11.) probante *Niebuhr.* hist. Rom. I. 60. Versus putatur Ennii.

6. *Ac contra — profatur. Serv.* ad Virg. Aen. VIII. 361. *Cărinare autem est obtrectare. Ennius: Contra carinan-*

* Debil homo . . . . . .

✿

Illic est nugator nihili, non nauci homo . .
* Vocibu' concidat, faxim, ut obrutu' musset.
* Audio, haud ausculto . . . . . .

✿

Ausus es hoc ex ore tuo? * nil me increpitando

---

7. debilem, 8. nugatorem, nequam, 9. quem vocibus concidere velit, 10. cuius iussa contemni debeant (Probrosa verba sunt Minucii adversus Fabium emissa), appellante; quin et M. Metilio Tribuno plebis cunctationem eius infamem apud populum faciente.

11. Nec et Fabius verborum pepercit. Aususne es, Minuci, inquit, tam probrosa ex ore tuo emittere! nec tamen me com-

tes, verba atque obscoena profatus (lego: *profatur*. Merula habet *locutus*) *Alibi: Neque me decet hanc carinantibus edere chartis* (Ann. VII. 8.) Salmasius Plin. exercit. ad Solin. c. 30. legit: *Ac contra carinans, verba atq. o. profatus*, quem sequor. *verba obscoena* i. e. impudentia et elata. Fest. v. Oscum.

7. *Debil homo. Nonius: Debil, debilis. Ennius libro VIII. debil homo.*

8. *Ille — homo. Festus: Naucum ait Ateius philologus poni pro nugis — — Et Ennius: Illic est nugator nihili, non nauci homo. Illic* pro *Ille*. Plaut. Asin. II. 2. 6. *Illic homo aedes compilavit, more si fecit suo.*

9. *Vocibu — musset.* Varro L. L. VI. *Apud Ennium: Vocibus concide: fac siet obrutus **** Mussare dictum, quod muti non amplius, quam μῦ dicunt. A quo idem dicit: Quod mirum est, neque ut aiunt, Mu facere audet.* E corruptis verbis Varronis elicui versum, ut repositus est, nam *mussare*, quod in Ennio fuit, Varro explanavit. (Sensus: faxim, ut vocibus meis concidat, ut obrutus per ea solum musset.) *Turnebus* enim habet: *face musset obrutus.* Al. *facimus et obrutus.*

10. *Audio h. a. Varro* L. L. V. *Ab auribus videntur dicta verba Audio et Ausculto. Audeo ab aveo, quod auribus avemus discere semper, quod Ennius videtur etymon ostendere velle in Alexandro, cum ait: Iamdudum abludit animus, atque aures avent avide exspectantes nuntium. — Ab audiendo etiam Auscultare declinamus, quod hi auscultare dicuntur, qui auditis parent; a quo dictum poetae: Audio haud ausculto.*

11. *Ausus es hoc — tuo. Cicer.* ad Attic. VI. 2. *Ain' tandem, Attice, laudator integritatis et elegantiae nostrae? Ausus es hoc ex ore tuo? inquit Ennius.*

Commoves! . . . . . *si quae scis,
In vulgum vulgas, artemque expromis inertem,
. . *topper, quam nemo . . meliu' scit.
*Quis te persuasit? . . . . . .

Dico qui hunc dicare cupit . . . . . .

Fortes Romani *sunt*, quamquam coelu' profundus

---

moves ad proelium. 12. Edic omnia quae scis, sed mos hicce tuus est; si quae scis, in vulgus vulgas, artemque expromis vanam, quam fortasse nemo melius scit, quam tu? 15. Quis te persuasit ad rem periculosam, quam moliris? 16. Minucius regerit suis: Dico, qui Fabium iudicare velit, iudicet eum e desidia sua. 17. Tum allocutus milites est: Fortes Romani sunt, quanquam

12. *Nil — commoves.* Varro L. L. V. *Similiter fremere, gemere, clamare, crepare, ab voçis similitudine et sonitus. Dicta hinc illa: Arma sonant, fremur oritur. — Nil m' increpitando commoves.* Putantur hemistichia Enniana.

13. *quae scis — inertem. Nonius: Vulgare, in vulgus dare, et quasi multis audientibus ac non tacituris dicere. Ennius: quae* (al. *quod*) *scis in vulg. vulgas a. e. inertem.* Eleganter ait *iners.* Sic Latini: *Mens amens, Insepulta sepultura, innuptae nuptiae.*

14. *topper — sit. Festus: Topper significare ait Artorius, cito, fortasse, celeriter temere. — Topper fortasse valet in Ennii et Pacuvii scriptis. Apud Ennium est: Topper, quam nemo melius scit. Pacuvius: Topper tecum sit potestas, faxit si mecum velit.*

15. *Quis te persuasit.* Enotavi hunc Ennii locum e fonte, quem hucusque non potui reindagare. Similis alius Ennii locus, ap. Festum s. v. metonymia: *Persuasit animo vinum, deus qui multo est maximus.* Et Terent. Adelph. III. 4, 24. *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia, humanum est.*

16. *Dico — cupit. Varro* L. L. V. *Dico originem habet graecum, quod Graeci δικάζω. Ennius: Dico q. h. dicare cupit. Hinc iudicare.*

17. *Fortes — profundus Nonius: Quamquam. Ennius. Fortes Romani, quamquem Coelu' profundus. Charis. I. Quoque Ennius: F. R. quanquam c. profundus. — profundus i. q.* altus, sublimis.

Ni metus ulla tenet, rite in virtute quiescunt.

✿

Nos esse arquatos? surgamus, eamus, agamus!

✿

. . . . . nec retrahi . . potestur
Imperiis . . . . . .

✿

. . . . . confricati
Lentatique . . oleoque ad arma parati.

✿

---

coelum omnia adversa minetur, et est obductum; 18. Nec ulla metus eos tenet, rite in virtute adhaerent. 19. Ne hostes credant, nos esse morbo arquato constrictos, age, surgamus, eamus, agamus!

20. Minucium solito ferociorem faciunt aequatum imperium, et decreta illi plebiscito pars Fabiani exercitus; *qui ab imperiis eius non retrahi poterat.* 22. Confricatis igitur, lentatisque mi-

18. *Ni metus — quiescunt. Nonius: Metus, genere foeminino a veteribus positum: Ennius: Ni metus ulla tenet rite* (al. Codd. *teneri virtute*) *virtute quiescunt.* Mercerius legi vult: *Nec metus ulla tenet, freti virtute quiescunt.* — Festus: *Corius apud antiquos masculino genere dicebatur. — Pari modo diverso genere dicebant: haec lupus, haec metus*, etc. Idem: *Recto fronte, ceteros sequi si norit — Ait Ennius quoque: a stirpe supremo, et: Ilia dia nepos, et: lupus foeta, et: nulla metus.*

19. *Nos esse — agamus. Nonius: Arquatus morbus, quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat *** Nos esse arquatos, s. e. agamus*; ubi Mercerius: „Veterem scripturam expressi, Lucilii nomen additum fuerat ex coniectura. Potest igitur et Ennii esse versus.“

20. *Nec retrahi — imperiis. Diomedes Lib.* 1. *Item potestur apud Ennium reperimus: Nec retrahi potestur imperiis.*

22. *Confricati — parati.* Citantur a *Servio* ad *Aen.* III. 384., simpliciter ex Annalibus, suppresso auctoris nomine; et quidem sic: *Quidam lentandus nove verbum fictum* (a Virgilio) *putant; sed in Annalibus legitur: Confricati, oleo lentati, paratique ad arma.* Eos ad Ennium Barthius in not. ad Claudian. Cons. Mallii, Burmannus autem ad Cassium Heminam referre vult. Barthius sic restituit: — *fricati Lentatique oleoque ad arma parati.*

. . . . . nostri cessere parumper

25 Consiptum . . . . . .

. . . quod minimum'st, neque, ut aiunt,
mu facere audet.

Unus homo nobis cunctando restituit rem,

litibus cum Annibale signa confert. 24. Sed rem gerit male; inclinante Romanorum acie, cedunt milites. 25. *Conseptum* Minucium accurrens cum exercitu suo Fabius dictator servat et rem turbatam restituit. 26. Prae pudore obmutescere vix Minucius servatus audet, mox, beneficium sibi collatum agnoscens, Fabium patrem suum appellat. 27—29. Fa-

Nostri cessere parumper. Hirtius de bello Hispaniensi: *Hic tamen, ut ait Ennius, nostri cessere parumper.*

25. *Consiptum.* Festus: *Consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur.* Alibi Ennius in Medea: *Teneor consipta, undique venor.*

26. *Quod minimum — audes.* Citat Varro L. L. VI. suppresso libri nomine. Locum protuli supra ad versum 9.

27. *Unus homo — claret.* Cicero de offic. I. 25. *Quanto Q. Maximus melius? de quo Ennius: Unus homo* (Al. *Unus qui*) *n. c. restituit rem Non hic p. r. a. s. Ergo p. m. v. n. g. claret.* Idem Cato mai. 4. *Hic* (Q. Fabius Maximus) *et bella gerebat, ut adolescens, quam plane grandis esset, et Annibalem iuveniliter exsultantem patientia sua molliebat, de quo praeclariter familiaris noster Ennius: Unus homo n. c. r. rem N. p. e. r. a. s E. magisque magisque v. n. g. claret* Serv. ad Aen. VI. 846. *Fabius Maximus, cum Annibalis impetum ferè non posset, mora eum elusit, et ad Campaniam traxit, ubi deliciis virtus eius obtorpuit. Hic est, de quo Ennius: Unus h. n. c. r. rem.* Citat et *Macrob.* Sat. VI. 1. corrupto numero (e libro XII.), cum eo committens Virgilii illud Aen. VI. 846. *tu Maximus ille es Unus qui nobis cunctando restituis rem.* Cicero ad Attic. II. 19. *Bibulus in coelo est, nec; quare, scio, sed laudatur, quasi Unus h. n. c. r. rem.* Alludunt ad illum versum, Serenus de medicina de Fabio: *Interdum existit turpi verruca papilla. Hino quondam Fabio verum cognomen* (vocabatur Verrucosus) *adhaesit Qui solus patriae cunctando restituit rem.* Ovid. Fast. II. 241. *Scilicet ut possis olim tu Maxime nasci Cui res cunctando restituenda foret.* Augustus in epi-

Non hic ponebat rumores ante salutem,
Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

Pellitur e medio sapientia; vi geritur res
Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur;
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis,

---

bius deinde in castris et Romae summis laudibus in coelum tollitur.

30 — 36. Videntur haec proxime superioribus adhaesisse. Laudato enim a peritia rei bellicae Q. Fabio Maximo, exclamat

stola ad Tiberium ap. *Sueton.* Tiber. 21. *Unus homo nobis vigilando restituit rem.* Livius XXX. 26. *Sic nihil certius est, quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait. — cunctando.* Ab hac Fabii cunctatione natum proverbium: Romanus sedendo vincit, quo utitur Varro de re rust. I. 2.

28. *Non hic ponebat.* Al. *non enim ponebat*, al. *non ponebat enim.* Sed vide Beierum ad l. Cicer. hunc. — *rumores*, qui sparsi de se erant in vulgus a Minucio Rufo, et Metilio trib. plebis.

29. *postque magisque.* al. *magisque magisque.* Conf. Muret. Var. lect. VI. 14. Ergo claret, voluit poeta dicere, eius viri gloria non modo post obitum, sed etiam cum viveret. P. Manutius.

Vertit Theod. Gaza:

Πολλὰ δὲ δηθύνων εἰς χρήματα πάντα σαώζει
Τῷ γὰρ πρὸ θρύλλων ἢ μὴ σωτηρίη ἔσκε
Τοῦ δὴ καὶ κλέα νῦν ἀνὰ λαοὺς πάμπαγα λάμπει.

30 — 35. *Pellitur — solida vi.* Citat *Gellius* N. A. XX. 9. e libro octavo Annalium Ennii. — *Cicero* pro Muraena 14.: *Etenim ut ait ingeniosus poeta et auctor valde bonus, proeliis promulgatis Pellitur e medio non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa domina rerum Sapientia; vi geritur res, spernitur orator, non solum odiosus in dicendo ac loquax, verum etiam bonus, horridus miles amatur. Vestrum vero studium totum iacet. Non ex iure manu consertum, sed mage ferro, inquit, rem repetunt.* — *Calpurn. Piso* MS. ubi de adnominatione s. paronomasia. *Sic Ennius haud doctis dictis certare sed maledictis. Cic.* ad famil. VII. 13. *Tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit. Nam, ut audio, istic Nan ex is-*

Miscent inter sese inimictias agitantes;
Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.

✥

Cum legionibu' quum proficiscitur induperator

✥

Cannas . . . . . .

✥

. . . . . praecox pugna'st . . . .
Certare abnueo, metuo legionibu' labem.

✥

---

et ingerit haec poeta, digressus aliquantum contra corruptos ducum et militum mores; languente, immo nulla, disciplina militari, inter alia conquerens ritum, quo bella indicebantur, temerari et iura militaria in rep. Romana magno eius malo non conservari. 36. Anno DXXXVII. Consules facti C. Tarentius Varro, L. Aemilius Paulus. Annibal cum inopiam cibi, qua valde laborabat, ultra pati non posset, in maturiora Apuliae loca noctu proficiscitur. Varro, repugnante Paulo, *cum legionibus insequitur*. 37. Annibal prope *Cannas* castra ponit, aversa a Volturno vente, qui campis siccitate torridis nubes pulveris vehebat. Consules ibidem castra communiunt. Eos directe acie lacessit Annibal. Altercantur. 38. Paulus nihil temere agendum, et legiones ad nimis *praecocem*, inconsultam et improvidam pugnam non proiiciendas censet, 39. *labem metuens* Romanis legionibus, abnuit *certare*, et manum cum Annibale eo die conserere detrectat.

re m. c. s. m. f. Rem. r. r. p. vadunt solida vi.

24. Quid sit *ex iure manu consertum* explicat Gellius l. c. ad amulsim.

35. *Rem repetunt*, quod fiebat per Feciales, quae vocabatur clarigatio. Conf. Gell. N. A. XIV. 4. *vadunt solida vi* i. e. grassantur.

36. *Cum legionibus — induperator.* Citat versum *Cassiodor.* de orthogr. cap. II. ex Ennio, suppresso libro.

37. *Cannas.* Propert. loco, quem protuli ad Annal. II. 17.

38. *Praecox pugna est. Nonius: Praecox et Praecoca, quod est immatura. Ennius Annalium libro VIII. Praecox pugna est.*

39. *Certare — labem. Diomed.* lib. 1. *Cui enim dubium cadit, quin abnuo, ab-*

40 Hostem qui feriet, mihi erit Kartaginiensis,
Quisqui' siet, cuiati' siet . . . . . .

Inde loci lituus sonitus effundit acutos,

Consequitur, summam sonitu quatit ungula terram;
*Iamque fere pulvis ad coelum vasta videtur

---

40. Sic pridie Cannensis cladis altercationibus Consulum magis, quam consiliis tritus, quia ad pugnam venire nolebat Aemilius Paulus, penes quem eo die summa erat imperii. Sequentis diei imperium sors dederat Varroni. Is, inconsulto collega, imperitus stupiditate et impos consilii prorumpit. Acie utrimque instructa milites hinc inde cohortantur duces. *Annibal etiam civitate Carthaginiensi donat omnes, qui Romanum ferirent, cuiuscumque essent vel conditionis vel nationis.* 42. Signa canunt. Concurritur.

43. Non solum pedes sed eques etiam strenue rem gerit. 44. 45. Sol utrique parti erat obliquus, Romanis in meridem,

nuis dicamus. Verum apud veteres Abnueo dictum notavimus, ut Ennius octavo Annalium: Cert. abnueo m. l. labem.

40. *Hostem — siet. Cicer.* pro Balbo 22.: *Neque enim ille summus poeta noster, Annibalis illam magis cohortationem, quam communem imperatorum voluit esse: Hostem q. f. m. e. K. Quisquis erit, cuiatis erit — etsi id habent hoc leve et semper habuerunt.* Merula legit: *quisqui' siet, cuiati' siet.* Keuchenius ad Frontin. Strat. IV. 1. 4. *Quisque ferit.*

42. *Inde loci — acutos. Festus: Lituus appellatus est, quod litis sit testis. Est enim genus buccinae iucurvae, quo qui cecineris, dicitur liticen. Ennius: Inde loci lituus sonitus effundis acutos.* Ad quem locum Dacerius: „tuba incurva equitum propria ita dicta, non a lite, ut vult Festus, sed a Graeco λιτὸς, tenuis. Litui enim acutus est sonitus."

43. *Consequitur — terram.* Citat *Macrob.* Sat. VI. 1. ex octavo Ennii libro. Vulgo: *Cum sequitur.*

44. *Iamque fere — vasta videtur. Non. Pulvis genere masculino, ut saepe: foeminino Ennius lib. VIII. Annalium: Iamque fere pulvis ad coelum vasta videtur. Idem lib. VIII. Iamque fere pulvis fulva volat.* Glossema mihi sapiunt ad finem non pauca. Lego: *Iamque fere pulvis ad coelum va-*

Fulva volat, *nigroque demu'* *stant pulvere campi,
*Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber;
*Densantur campis horrentia tela virorum;
*Horret ager, campique armis sublimibus ardent,
*Pes premitur pede et armis arma teruntur;
*Clamor it ad coelum, volitatque per aethera vagor.

Poenis in septentrionem versis. Ventus Volturnus adversum Romanos coortus, multum pulveris in ipsorum ora provolvens, adspectum adimit. 46 — 50. (Descriptio pugnae sinistrae Can-

sta videtur Folva volat. MERULA. Quid, si legas *vecta videtur?*

45. *stant pulvere campi. Porphyrio* ad Horat. Od. I. 9. 1. *Ennius: stant pulvere campi.*

46. *Hastati — imber. Macrob.* Sat. VI. 1. citat ex octavo libro, comparans illa Virgilii — *at ferreus ingruit imber.*

47. *Densantur — tela virorum.* Priscian. lib. IX. *A Denso. Ennius in VIII. Densantur camp. h. t. virorum.*

48. *Horret ager — ardent. Serv.* ad Virg. Aen. XI. 602. — *tum late ferreus hastis Horret ager campique armis sublimibus ardent,* ait: *Est autem versus Ennianus, vituperatus a Lucilio dicente, per irrisionem debuisse eum dicere — horret et alget.* Dacerius ad Horat. Serm. I. 10. 56. putat, versum esse Virgilii, non Ennii. Ennii versum, quem Virgilius imitatus, esse e Scipione illum: *Sparsis hastis longis campus splendet et horret.* Non enim credi posse Virgilium versum Ennii a Lucilio tam vituperatum in sua carmina transtulisse. — Sed et Statius Theb. II. iisdem Ennii verbis carmen inchoavit, quamvis Lucilius irrisit ea. Igitur et Maro, ut Columna ait, cuius acre et exquisitum iudicium non est cum Lucilio conferendum, non modo non irrisit, sed in divinum poema suum transtulit.

49. *Pes — teruntur. Hirtius* in bello Hispan. *Ita cum clamore intermixtus gemitus, gladiorumque crepitus auribus oblatus, imperitorum mentes timor praepediebat. Hic, ut ait Ennius: Pes pede premitur, armis teruntur arma.*

50. *Clamor — vagit. Varro* L. L. VI. *Apud Ennium: Clamor ad coelum volvendi per aethera vagit.* Scaliger legit *versum,* ut supra excusus est. Tentabat et: *Ad coelum clamor volvendu' per aethera vagit.* Clamare inter pugnandum Romanorum proprium fuit, teste Polybio Libr. VI.

*Bombu' pedum . . . . . .
*Vulgus hastarum . . . . . .

Is pernas succidit iniqua superbia Poeni

. . . . . crateribus olli
Ex auratis hauserunt . . . . . .

---

nensis, quam cecinit poeta, teste Propertio.) 51. *Bombus pedum* campum personat; 52. Vulgus hastarum praesto erat. — Maxima clades edita in Romanos, qui partim strati miseris modis proteruntur, partim in fugam aguntur. Agri horrenda passim facies. Caesus in illo iacebat Paulus Aemilius Cos. cum Romanorum XL millibus, Senatoribus LXXX, Consularibus, Praetoriis et Aedilitiis multis. 53. Multis, in quibus vitae quid animadversum, a superbo Poeno succisi poplites, teste Liv. XXII. 50. Valer. Max. IX. 2. — 54. Reliqui, praeter capta tria millia peditum, et equites CCC, fuga salutem quaerunt, septem millia hominum, abiectis armis, amissis ducibus in castra minora, decem in maiora, duo fere in ipsum vicum Cannas dilapsa. Varro cum L equitibus Venusium contendit. Qui maioribus castris praeerant, nuncium mittunt ad eos, qui in minoribus, ut, dum Poeni ob partam vi-

51. *Bombu' pedum. Fortunatian.* in dialect. de etymo verbi disserens. *Nec ingenium quartum defuit, nam sunt, qui verbum a vero quidem putant dictum, sed prima syllaba satis animadversa secundam negligi non oportere. Verbum enim cum dicimus, inquiunt, prima eius syllaba verum significat, secunda sonum, hoc enim volunt esse bum. Unde Ennius sonum pedum, bombum pedum dicit.* Sic et Nero in Bacchis: *Torva Mimallonis implerunt cornua bombis.*

52. *Vulgus hastarum. Serv.* ad Virgil. Aen. I. 194. *Ennius avium vulgus et hastarum dixit, multudinem avium et hastarum.* Scilicet dixit *vulgus* et ab *avibus* et *ab hastis, multitudinem* indicans, *vulgus hastarum* et *vulgus avium.*

53. *Is pernas — Poeni. Festus: Suppernati dicuntur, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum. Ennius: Is pernas s. iniq. potentia poeni.* Merula legit: *superbia Poeni. Is* pro Iis positum.

54. *crateribus — hauserunt.* Censorinus citat versum suppresso auctore et libro, pro spondaico metro, sic: *Olli*

Nunc hostes vino domiti somnoque sepulti

Aut occasus ubi tempusve audere repressit

Olli cernebant magnis de rebus agentes
*Succincti gladiis media regione cracentes

In templis Isdem . *patrem divumque hominumque

ctoriam *genui et potui indulgerent*, 56. dum eos proelio et ex laetitia epulis fatigatos nocturna premeret quies, ad se transirent, uno enim agmine cunctos Canusium abituros. 57. Auderent modo, dum occasio et tempus invitarent; post, ubi eadem ausus illos represserint, poenitentiae non fore locum. Parent, quamvis multi inter illos inviti. 58. 59. Ferro et audacia fit iter; per medios vadunt hostes, et non absque periculo ad sexcentos in maiora castra evadunt; inde protinus, coniunctis viribus, Canusium incolumes perveniunt. 60. Nuncius de clade Connensi Romam allatus, magnum ibi peperit terrorem; *templa* implentur multitudine precantium et moerentium, versique tandem, ut poetam cecinisse, scribit Proper-

cratéribus ex auratis hauserunt.

56. *Nunc hostes — sepulti.* Citat *Macrob.* Sat. VI. 1. ex octavo libro Ennii, apud quem poetam hic exprimit Virgilius Aen. II. 265., quum ait: *Invadunt urbem vino somnoque sepultam.*

57. *Aut occasus ubi — repressit. Fest. Occasus — quo vocabulo Ennius pro occasione est usus in libro II. hic occasus datus'st, at Horatius inclutus saltu. Item in V. iniicit irritatus, tenet, occasus iuvat res. Item libro octavo: aut occasus ubi tempusve audere repressit.*

58. *Olli cernebant — agentes. Serv.* ad Virg. Aen. XII. 709. — *inter se coiisse viros et cernere ferro. Vera et antiqua lectio haec est. Nam Ennium secutus est, qui ait: Olli cernebant m. d. reb. agentes. Posteritas coepit legere: decernere.* Conf. ad Ann. VI. 28.

59. *Succincti — cracentes. Festus: cracentes, graciles. Ennius: Succincti g. m. r. cracentes.* ad quem locum Dacerius: „Isidorus: Cracentes, graciles. A verbo *graceo*, pro quo *craceo* dicebant. Graceo autem a γράω absumo. Et hoc loco Nestor: *Gracentes, graciles. Ennius. s. g. m. r. gracentes.*“

60. *In templis isdem. Cicer.* orat. 47. citat ex Ennio,

Optuma coelicolum Saturnia magna dearum

. . . . . *Iuno placata favere*

Coepit Romanis . . . . . .

Rastros dente faber rasit causa poliundi

Agri . . . . . .

---

tius; dei ad pia vota. 61. Inprimis et flexa Iuno, qui usque ad hanc diem Romanis subirata (conf. ad Annal. I. 169.), 62. nunc placata Romanis favere coepit. 64. Novi delectus facti, ad reprimendos Poenos, arma amissa reparantur. M. Iunius Pera dictator et vetera hostium spolia templis porticibusque detrahi iubet; idem factum de rusticis instrumentis, quae undique correpta, quum necessitas cogeret, in arma convertebantur. (conf. Valer. Max. VII. 6.)

suppresso libro. *Idem campus habet, inquit Ennius, et: In templis iidem, probavit, at eisdem erat verius, nec tamen eisdem optimius. — patrem divumq. hominumq.* Cic. de nat II. deor. 2. *Ut idem Ennius: Patrem divumque hominumque.*

61. *Optuma — dearum.* Priscian. Lib. XVII. *Per eos igitur quinque modos inveniuntur variationibus, i. e. ἀλλοιότητιν, usi auctores. per species, ut Ennius: Optima c. S. m. dearum. Magna dixit pro maxima, positivum pro superlativo, quum apertissime superius Optima coelicolum dixisset.*

62. *Iuno — Romanis.* Serv. ad Virg. Aen. I. 285. *Bello Punico secundo, ut ait Ennius, placata Iuno coepit favere Romanis.*

64. *Rastros — agri.* Nonius: *Politiones, agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta, et ad nitorem deducta. Ennius Satyrarum libro tertio: — testes sunt Lati Campi, quos gerit Africa terra politos. Idem Annalium libro VIII.* (al. *libro IX.*) *Rastros dente fabres capsit causa poliendi agri.* Cod. Merulae *carpsit*; unde versum legit, ut supra est. Turnebus Adversar. XXIX. 19. *dentifabres* legit; Lipsius Epist. Quaes. V. 19. *Rastros deinde Fabric carpsit — (Fabric* pro Fabricius, Osca dialecto.) — Sensus: Fabros dente (qui inter fabrilia notus) rasisse et mundasse rastra, quae proprie parata erant poliendis agris et glebis confringendis, rasa autem et mundata convertisse in arma bellica.

Brutates . . . . . bilingues

✥

Quintu' pater quartum fit Consul

✥

. . . . . *Marcellum*

66. Post victoriam Cannensem Annibal ex Apulia in Samnium profectus, Cossam in deditionem accipit, post ad Campanos flectit iter, qui cum eo foedus ineunt. Capua recepta in agrum Nolanum cum exercitu abit, inde petit Nuceriam, quam fame in deditionem acceptam incendit, post Nolam repetit, ubi cum Marcello congressus, a Romanis tum demum fugatur. Inde Acerras contendit, quibus captis direptisque ignem immitit. Hinc, Cassilino frustra oppugnato, Capuam proficiscitur in hiberna. Anno DXXXVI. Ti. Sempronius Gracchus Cos. castris Campanis invasis, Cumas abit; tendit eo sequenti die Annibal, urbem oppugnat, qua fortiter a Graccho defensa, re infecta recedit. Q. Fabius Maximus III Cos. suffectus Marcello, prospere cum collega Graccho rem gerit circa Capuam, et aliquot oppida, quae ad Poenum defecerant, vi capit. Q. Fabius Capuam movet castra, et agro Campano vastato, cogit Campanos portis egredi, atque castra ante urbem in aperto communire. Anno DXXXVII Poenorum dux graecas urbes, adiutoribus et ducibus *Bruttiis*, ad deditionem sollicitat. Rhegini primum tentati, inde Locrenses. Utrique se dedunt, ab iniuria militum intacti. Quod aegre ferentes Bruttii, qui praedae inhiabant, per se ipsi ad Crotonem oppugnandum eunt. Capiunt eam. 67. Anno DXXXIX. M. Claudio Marcello, III. et Q. Fabio Maximo *quartum* Consule, Ti. Gracchus Procos. ad Beneventum cum Annone bene pugnat. 68. Marcellus cum

66. *Brutates bilingues. Festus: Bilingues Brutates Ennius dixit, quod Brutii et Osce et Graece loqui soliti sunt.* Al. *Brutaces*, Scal. legit *Brutates*. — Brutates iidem, qui Bruttii in inferiore parte Italiae, qua Siciliae contigua est, a Lucanis orti, et ab iisdem etiam dicti *Bruttii*, quod ab eis defecissent. Lucani enim Bruttios vocabant apostatos et fugitivos. Strabo VI. Diod. Sic. XVI. — Festus: *Brutiani dicebantur, qui officia servilia magistratibus praestabant; eo quod hi* (Brutates) *primum se Annibali tradiderant, et cum eo perseverarunt, usque dum recederet de Italia.*

67. *Quintu' pater — Consul. Non. Quartum pro quarto. Ennius: Quintus p. quartum f. c.* Citat et *Gell.* X. 1. ex Ennio, suppresso libro, ut demonstret *quartum* pro *quarto* recte dici.

68. *Marcellum. Cic.* pro

Cum magno strepitu Vulcanum ventu' vegebat

Ob Romam noctu legiones ducere coepit

Annibalem *lares Romana sede fugarunt*.

Annibale ad Nolam prospere concurrit. Annibal Tarentum abit ad certiorem spem proditionis. Q. Fabius Casilinum recipit, Compulterium et multa alia oppida, vi capit. Annibal spe potiundi Tarenti frustratus, Salapiam tendit. Feliciter etiam impetitus M. Valerio Laevino praetore Philippus rex Macedonum. Anno DXL Romae foedum incendium fuit; 69. Solo aequata omnia per *ignem*, *vento proflagatum*, inter Salinas et portam Carmentolem cum Aequimelio Iugarioque vico. Annibal Tarentum praeter arcem, capit. Anno DXLI. Coss. Q. Fulvius Flaccus et Appius Claudius Pulcer, Annone Poenorum duce victo, Capuam obsident. 70. Anno DXLII. Annibal Tarento a Campanis ad liberandam obsidione Capuam attractus, quum videret, nec Romanos egredi velle ad pugnam, nec se per castra eorum Capuam posse perrumpere, caput belli, Romam, petit; ad tertium ab urbe lapidem supra Anienem castra ponit; ipse, ut situm urbis exploraret, obequitat cum duobus millibus equitum, *eoque noctu legiones ducit*. 71. Sed post triduum inopinato ab urbe discedit, fugatus a laribus Romanis, ut volunt.

Archia. 11, Marcellum ab Ennio laudatum tradit.

69. *Cum magno — vegebat. Festus: Metonymia est tropus, cum ab eo, quod continet, significatur id quod continetur — tum ab eo, quod continetur, id quod continet —, ut Ennius: Cum magno strepitu Vulcanum ventus vegerat;* Scaliger legit: *vegebat* i. e. erigebat; Dacerius *vehebat*. *Vulcanus* pro igne.

70. *Ob Romam — coepit. Festus: Ob — pro Ad ponitur, ut Ennius: Ob Romam n. l. d. c. et alibi: ob Troiam duxit exercitum.* Idem: *Oboritur, adnascitur. Ob pro ad solitum poni, testis et — Ennius: Ob Romam n. l. d. coepit.*

71. *Annibalem — fugarunt.* Propert. in loco ad Ann.

. . . . . de muris res gerit Opscus

Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter

72. Manet interim obsessa artissime Capua, cuius liberandae abiecta spe, Annibal in Lucanos, inde Rhegium contendit. *Capuani* (Opici, Osci) strenue et pro virili, *de muris res gerentes*, contra Romanos se defendunt. 73. Tandem urbs Romanis porta Iovis aperta, traditur, quum iam senatores Campani XXVII Vilium Virium secuti, veneno, ne in Romanorum manus inciderent, mortem sibi ante conscivissent, reliquis in Romana castra ire iussis, catena sunt iniectae. De his cum Theani tum Calibus, quo in custodium erant missi, supplicium de unius Q. Fulvii Flacci procos. sententia sumtum. Campanorum etiam *dictator* (meddix), *altero occiso, alter in Romanorum venit potestatem.* Dictator erat Seppius Laesius, loco obscuro et tenui fortuna ortus, qui hoc anno ultimus omnium Campanorum, quum fame ferroque ab Romanis urgerentur, nec spes ulla superesset, iis, qui in spem honorum erant nati, detrectantibus, ad summam dignitatem fuerat evectus.

II. 17. prolato. *Gell.* N. A. IV. 7. *Valerius Probus inter suam aetatem praestanti scientia fuit. Is Hannibalem, Hasdrubalem et Hamilcarem ita pronunciabat, ut penultimam circumflecteret, ut testis est epistola eius scripta ad Marcellum, in qua Plautum et Ennium, multosque alios veteres eo modo pronunciasse affirmat.*

72. *de muris — Opscus. Festus: Oscum* (al. *Obscum*) *duas et contrarias significationes habet. Nam Cloatius putat eo vocabulo significari sacrum, quo etiam leges sacratae, Oscae dicuntur. Et in omnibus fere antiquis commentariis scribitur Opicum* (lege *Opscum*) *pro Osco. — A quo etiam verba impudentia et elata appellantur Obscoena, quia frequentissimus fuit usus Oscis libidinum spurcarum. — Oscos, quos dicimus, ait Verrius Opscos ante dictos, teste Ennio, quum dicat — de muris res gerit Opscus.* Serv. ad Aen. VII. 730. *Oscorumque manus — Capuenses dicit, qui ante Opici appellati sunt.*

73. *Summus — alter. Festus: Meddix apud Oscos nomen magistratus est. Ennius: Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.*, ubi Dacerius legit: *Unus ibi*, et putat, ita rescribendum esse, vocem *alter* probare. *Meddix* a μέδειν regnare. In Livio vocatur *Mediastutichus*, emendante Lipsio Epist. Quaes. I. 9. *Medixtutichus*; aliis *Meditriticus.*

Qain et mortalem summum Fortuna repente
Reddidit, ut summo e regno famul infumus essit;
Acri *multa dies in bello conficit unus
Et rursus multae fortunae Forte recumbunt;
Haudquaquam quemquam semper Fortuna sequuta'st.

75 — 78. Sic variae rerum humanarum vices. Fortuna familias nunc, quae obscurae et contemtui habitae, e tenebris in lucem evocatas largis ornat honoribus; nunc quae clarae, quae illustres, quae ad summum rerum apicem devectae, deiicit, postremo loco ponit et fumi instar adversatur.

74. 75. *Mortalem — essit.* Nonius: *Famul famulus. Ennius libro VIII. mortalem summum fortuna repente, reddidit ut summo regno famul optumus esset.* Al. pro *optumus* legunt *ultimus*, Merula *infumus*, quam verissimam esse lectionem probat *Victorinus*, qui eadem Ennii citat. *Pari ratione*, inquit, *in versu et Apocope recepta est, i. e. subtractio syllabae syllabarumve, cuiuslibet orationis, metro cogente facta: quae sive in verbo sive in nomine acciderit, pro integra parte orationis accipietur, ut: endo suado. Item ac famul infimus esset, pro famulo.* Gothofredus ad Nonium proponit pro *mortalem*, *cortalem* i. e. cohortalem et gregarium, eo sensu: Cortalem summum fortuna repente reddidit i. e. fortuna summum reddidit cohortalem ac gregarium, ut summo e rege aut regno, famul optimus esset. Non bene. —

75. *famul infumus essit.* Lucert. de rer. nat. III. 1048. *proinde ac famul infumus esset.*

76. *multa dies — sequuta' st.* Citat illa *Macrob.* Sat. II. 2. e libro octavo Ennii.

77. *multae fortunae forti.* Merula proponit: *multi Fortuna Forte recumbunt*, ut sit: Fors Fortuna.

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER NONUS.

(AB URBE CONDITA DXLIII — DLII.)

1 Livius inde redit magno mactatu' triumfo

1. Anno DXLIII. M. Claudius Marcellus, collega in consulatu M. Valerii Laevini, Salapiam in Italia per proditionem recipit, et alia in Samnitibus oppida occupat. Cn. Fulvii Centumalis Procos. copiae in Apulia ad Herdoneam ab Annibale caeduntur. Anno DXLIV. cum Annibale Marcellus ad Numistronem bene pugnat. Anno DXLV. Consules facti M. Claudius Marcellus et T. Quinctius Crispinus, qui profecti in Apuliam castra locant inter Venusiam et Banatiam. Eo et Annibal movet. Consules speculandi gratia castris egressi, insidiis circumveniuntur. Marcello occiso, Quinctius vulneratus moritur. Anno DXLVI. Asdrubal, Annibalis frater ex Hispania irrumpit in Italiam. Oppositus illi M. Livius Salinator, cuius collega C. Claudius Nero, profectus in Apuliam contra Annibalem, literas intercipit Asdrubalis, quibus se Annibali fratri in Umbria occursurum, et cum eo castra coniuncturum significabat. Ne illud fieret, magnis itineribus ad castra collegae sui pervenit, consilio efficit, ut Asdrubal in aciem egressus cum toto exercitu ad Senam oppidum cae-

1. *Livius — triumfo. magis aucte adfectatae gloriae. Serv.* Virg. Aen. IX. 641. *Macte, Et est sermo tractus a sacris*

Additur orator Corneliu' suaviloquenti
Ore Cetegus Marcu' Tuditano collega,

ditur. Claudius ad stativa sua ante reversus, quam discessisse eum sentiret Annibal, caput Asdrubalis, ante hostium stationes proiicit, duos ex captivis solutos ad Annibalem mittit, qui, quae acta, expromerent. Annibal dolore perculsus in extremum Italiae angulum sese abdit. *Livio et collegae triumphus decretus.* Contra Annonem in Asdrubalis locum suffectum, et Magoni iunctum mittit Scipio M. Silvanum. Hic Magonem fugat, Annone vivo capto. Anno DXLVIII. P. Cornel. Scipio Cos. a Syracusis in Bruttium traiicit, Locros urbem, fugato Annibale iterum capit, relictoque ibi Q. Pleminio legato, Messanam traiicit. 2. Anno DXLIX. Consules creati M. Cornelius Cethegus et P. Sempronius Tuditanus.

Quoties enim aut thus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant, mactus est taurus vino vel thure, h. e. cumulata est hostia et magis aucta. — Mactus autem apud veteres etiam mactatus dicebatur, ut Ennius: Livius i. r. m. mactatus t.

2 — 6. *Additur — medulla.* Cicero in Bruto 15.: *Quem vero exstet et de qua sit memoria proditum, eloquentem fuisse, et ita esse habitum, primus est M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiae est auctor, et idoneus quidem mea sententia, Q. Ennius, praesertim quum et ipse eum audiverit, et scribat de mortuo, ex quo nulla suspicio est, amicitiae causa esse mentitum. Est igitur sic apud illum, in nono (ut opinor) Annali: Additur o. C. s. | Ore C. M. T. c. Marci filius. Et oratorem appellat, et suaviloquentiam tribuit, quae nunc quidem non tam est in plerisque. Latrant enim iam quidem oratores, non loquuntur. Sed est ea laus eloquentiae certe maxima — is dictus ollis popularibus olim Q. t. v. h. et a. a. Flos d. populi. Probe vero. Ut enim hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia, qua virum excellentem praeclare tum illi homines florem populi esse dixerunt, Suadaeque medullam.* Verba: *is dictus ollis popularibus olim Q. t. v. h. a. a. a. Flos d. p. S. m.* citat et Gellius N. A. XII. 2. et quidem, ut ea hic enotavi. Cic. Cato mai. 14: *M. vero Cethegum, quam recte Suadae medullam dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus etiam senem? — Quintil. II. 16. Neque enim mihi permiserim eadem uti declaratione, qua Ennius M. Cethegum Suadae medullam vocat.*

3. *Marcu' Tuditano collega.* Inepte quidam legunt: *Cethegus Veturio collega Philoni*, quod nunquam fuit Cethegus.

Marci filius; is dictus popularibus ollis,
Qui tum vivebant homines, atque aevum agitabant,
Flos delibatus populi, Suadaeque medulla.

✥

Isque dies, post at Marcu' quam regna recepit

✥

Sed quid ego haec memoro? dictum factumque facit frux

✥

---

7. Forte poeta designavit, Cethegum ac Tuditanum alterno imperium habuisse. — Eodem Anno P. Scipio in Africam naat; Anno, Poenorum dux, a Masinissa occisus, Asdrubal et Syix Scipionem ab Uticae obsidione depellunt. P. Sempronius in o Crotoniensi cum Annibale tumultuario proelio confligit; Roni pulsi, mox fugati Poeni. Anno DL. vastante horrendum in dum Italiam Annibale, iubetur, eius avertendi in Africam iicere Scipio. Is Syphacis castra incensa una cum Asdrubalis i die delet, multis hominum millibus caesis. Hoc terrore Carginienses consternati Annibalem ex Italia revocant ad patriae ensionem. Oratores Romam mittunt ad pacem petendam, qui ien fere sine responso dimissi. Annibal in Africam navigat. io DLI. a Scipione victus, per nuncium colloquendi impetrat estatem. Collocuti, infecta re, ad suos se recipiunt, frustra tatam pacem nuntiantes. Arma iubent expedire milites ad sumum certamen; varie singuli suos hortantur. 8. Sed non

i. *popularibus ollis.* legit Merula, expurgens vulm *olim.*

i. *Flos delibatus* i. e. egius, eximius. Al. *delibutus, atus.* Conf. Lion. ad Gell. l. c. burgius emendat *delibratus,* i. ecorticatus, et interpretatur, gro se calyce spectandum ebens, ac totam suam pulchrinem intuentibus exhibens.

uadaeque medulla. Cic. t. l. c. *Πειθώ, quam vo* Graeci, hanc Suadam appellavit Ennius, eius autem Cethegum medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitqvisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit.

7. *Isque dies — recepit. Serv.* ad Virg. Aen. III. 333. *Recipere* explicans pro capere, ut *reddere* pro dare. *Ennius Annalibus: Ut Ilia reddita nuptum. Et alibi: Isque dies post aut Marcus quam regna recepit.*

8. *Sed quid — frux. Pri-*

. . . . . viri validis cum viribu' luctant

. . . . . libertatemque ut perpetuassint

Maxume

. . . . . luchuorum lumina bis sex.

Vel tu Dictator, vel equorum equitumve Magister

---

opus esse verbis, *fortes et fruges milites* satis suo functuros officio, *addunt*. Haec et alia militibus singuli suis militibus inculcant summi suae aetatis duces. 9. Instructa acie acriter pugnant, *et validis* viribus luctantur; supremo proelio vincitur Annibal. Caeduntur XX millia hostium, Annibal Adrumetum perfugit. 10. Carthaginem accitus in Senatu, fatetur, se non proelio sed bello a Scipione esse victum; nec spem alibi, quam in pace impetranda esse. Mittuntur Scipioni legati, quos ille Romam ablegat. 10. 11. Anno DLII. iussus Scipio, qui etiamnum in Africa erat, pacem dare, dat his conditionibus, *ut liberi suis legibus viverent*, (quod forte inter prima a Carthaginiensibus in pacis conditionibus iactatum, ut videtur hic Ennius indicare), quas urbes, quos quibus finibus agros ante bellum tenuissent, tenerent; perfugas, captivos, navesque rostratas, praeter X triremes traderent, elephantosque quos haberent domitos, neque domarent alios; bellum neque in Africa, neque extra Africam, iniussu populi Rom. gererent; Masanissae res redderent, foedusque cum eo facerent etc.

12. Scipio, pace terraque marique parta, in Siciliam traiicit; inde per laetam Italiam Romam redit, triumpho omnium clarissimo, *praelatis duodecim lychnis*, ut Ennius videtur innuere, urbem invectus. 13. Victoria tanta fuit, ut Africani cognomen

scian. Libro VI. *Ennius in IX. pro frugi homo frux ponit, quod est adiectivum: Sed quid ego haec memoro? dictum factumque facit frux.*

9. *viri — luctant. Nonius: Luctant pro luctantur. Ennius libro IX. viri validis viribus luctant.* Al. *viri a validis viribus l.*

10. *libertatemquè — maxume. Nonius: Perpetuitassit, sit perpetua, aeterna. Ennius Annalium libro IX. libertatemque ut perpetuitassint quam maxime.* Al. *perpetuassintque maxime.* Merula restituit versum, prout supra legitur. Columna vero: *libertatemque ut quam maxime perpetuitassent.*

11. *lychnorum lumina bis sex.* Citat *Macrob.* Sat. VI. 4. e nono Ennii libro.

13. *Vel tu — Consul. Festus: Vel coniunctio quidem*

Esto, vel Consul . . . . . .

✿

15 O quantam statuam faciet, quantamque columnam
Romanus populus, res quae ac tua gesta loquatur!

✿

Scipio invicte . . . . . .
*Desine Roma tuos postes *ornare tropaeis*,

---

meruerit, primus nomine victae a se gentis nobilitatus; tam gratus populo, ut perpetuum *illum Consulem et Dictatorem* facere, quod hic videtur canere Ennius; 15. statuas in Comitio, in Rostris, in Curia, in Capitolio, in Cella Iovis ponere voluerit. 17. Sequitur conclusio libri noni, qui in finito bello Punico se-

est disiunctiva. — Ut Ennius: Vel tu dictator, vel equorum, equitumve m. Esto vel Consul.

15 — 20. Quae sequuntur H. Columna ad Scipionem Ennii retulit, librum eius peculiarem in quo, teste Horat. Od. IV. 8. Porphyrione ad Horat. Sermon. II. 1. 16. Suida s. v. *Ἔννιος*, bella Scipionis cecinit, dum Lucilius vitam privatam Scipionis persecutus fuerat. Recte tamen vidit Bothius in Poet. scenic. lat. T. V P. I p. 59. poema illud Ennii versibus trochaicis tetrametris, nec vero hexametris conscriptum fuisse, hexametrosque omnes illi illatos e coniectura Columnae, ibi exulare debere, quod certe cum his, quibus nec libri, nec numeri librorum notam apposuerint auctores, qui eos excitant, fecit. Inde eos in nono Annali potius, quam in Scipione positos fuisse credamus.

15. *O quantam — loquatur.* Citat *Trebell. Pollio* in Claud., memorans illa de Scipione ab Ennio scripta fuisse, et quidem citat soluta oratione: *Quantam statuam faciet populus Romanus, quantam columnam, quae res tuas gestas loquatur.* In hexametros digessit Columna, prout eos posui; alii in elegos. Conf. Burm. Anth. lat. T. I, p. 209; Bothius in trochaicos tetrametros, ita ut re vera ex Ennii Scipione, nec ex Annalibus, hausti sint.

17. *Scipio invicte.* Citat *Cic.* Orat. 45.; suppreso libri nomine.

18. *Desine Roma tuos postes.* Haec Africanum cum patria colloquentem dixisse *Cicero* auctor est libro III. 42. de orat. et libro II. de finib. 32.; ubi verba mutila sic referuntur: *Desine Roma tuos hostes — Namque t. m. m. p. l. Testes sunt c. magni.* Scaliger pro *hostes* legit *postes*, suppleus versum, nescio an Codd. auctoritate, aut ex coniectura, *ornare trophaeis.* Alii

Namque tibi monumenta mei pepere labores;
Testes sunt campi magni . . . . . .

cundo finiebat. Poeta alloquitur Scipionem. Invicte Scipio, ait, non immerito dixeris: *desine Roma*, et quae sequuntur.

putant, hoc modo hanc sententiam expleri posse: *Desine Roma tuos hostes horrere superbos.* Qui versus, si ita legendus esset, is, qui sequitur, legi deberet: *Otia namque tibi nostri peperere labores.*

20. *Testes — magni.* Apprime Ennius in libro III. Satirarum: — *testes sunt Lati campi, quos gerit Africa terra politos.* — Conf. Burmann. ad Anthol. lat. T. I. p 206.

Addam epigrammata Ennii in Scipionem composita, ut inde appareat, quam magnis laudibus eum cumulaverit.

P. Scipionis Africani tumulus.

Hic est ille situs, quoi nemo civi', neque hostis
Quilibet pro factis reddere operae pretium.

De eodem.

A Sole exoriente supra Maeoti' paludes
Nemo'st, qui factis me aequiparare queat.
Si fas endo plagas coelestum scandere quoiquam' st
Mi soli coeli maxuma porta patet.

Et adhibe Columnam p. 162–164. ed. Hessel. Burmannum in Anthologia latina. T. I. p. 211 sqq.

QUINTI ENNII ANNALIUM LIBER DECIMUS.

(AB URBE CONDITA DLIII—DLVI.)

1 Insece Musa, manu Romanorum induperator

1. Musam poeta implorat, ut dicat, quod quisque Romanorum imperator in bello cum rege Philippo gessit. Quo pax enim data Poenis anno, eodem mota contra Philippum Macedonum regem arma, Atheniensium precibus, quorum ille agros pervastarat. Princeps tamen causa fuit, quod anno DXXXVIII, inclinato ad Poenos animo, cum Annibale foedus iunxerat. Anno DLIII.

1. *Insece — Pilippo. Gell.* N. A. XVIII. 9. *In libro vetere in quo erat M. Catonis de Ptolemaeo contra Thermum sic scriptum erat: Sed si omnia dolo fecit — quae neque insecenda, neque legenda audivimus* etc. *Insecenda quid esset, quaeri coeptum. Tum ex his, qui aderant, alter literator fuit, alter literas sciens — — hi duo inter se dissentiebant. Et grammaticus quidem contendebat. Insequenda enim scribi, inquit, non insecenda. Dictum esse Inseque, quasi Perge dicere et Insequere. Itaque ab Ennio scriptum in his versibus: Inseque Musa m. R. i. Quod q. in b. g. c. r. P. Alter autem ille eruditior nihil mendum, sed recte atque integre scriptum esse perseverabat, et Velio Longo fidem esse habendum, qui in Commentario, quod fecit de usu antiquae lectionis, scripserit, non Inseque legendum*

Quod quisque in bello gessit cum rege Pilippo!

. . . . . affatur Flamininum

Ille vir, haud magna cum re, sed plenu' fidei,

*Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus:

*O Tite, si quid ego adiuero, curamve levasso,

---

bellum initum P. Sulpicio Galba et C. Aurelio Cotta Coss. quorum ille ducto in Macedoniam exercitu cum rege equestribus proeliis primus dimicavit. 3—5. Anno DLV. Coss. facti T. Quinctius Flamininus, et Sex. Aelius Paetus. Aelio Italia, Quinctio evenit Macedonia, cuius rex Philippus hostis erat potentissimus. Haec omnia et varia variis ex locis prodigia, fortean Quinctium plus aequo angunt, eiusque animum non immerito in diversas trahunt partes, et sollicitum reddunt, quem curiosius futuro in bello discrimina mente agitantem affatur Aelius collega, homo tenuiore quidem fortuna, sed cana fide, cuiusque cor sapientia erat imbutum. 6—9. O Tite, inquit, si in saevis periculorum undis, quas ex

apud Ennium sed Insece. Huc pertinent et Festi: *Inseque apud Ennium, dic, Insexit dixit.*

2. *Pilippo.* Poterat et *Filippo*, Graecum Φ enim non admisit Ennius.

3—4. *Affatur — fidei.* Cic. Cat. mai. 1. *Licet mihi iisdem versibus adfari te, Attice, quibus adf. Fl. Ille vir h. m. c. r. s. p. f. Quanquam certe scio, non ut Flamininum Sollicitarit. T. s. n. d.*

5. *Egregie — Sextus.* Cic. Tuscul. I. 9. *Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, secordes, concordesque dicuntur. et Nasica ille prudens bis Consul Corculum, et: Egregie c. h. c. A. Sextus.* Idem de Orat. I. 45. *Sic in nostra civitate contra amplissimus quisque et clarissimus vir, ut ille, qui propter hanc iuris civilis scientiam sic appellatus a summo posta est: Egregie c. h. Catus A. S.* Idem de re publ. I. 18. — *in ipsius paterno genere fuit noster ille amicus, dignus huic ad imitandum: Egregie c. h. Catus A. S. Varro* L. L. VI. *Cata acuta. Hoc enim verbo Sabini dicunt gnara: Catus Aelius Sextus, non ut aiunt, sapiens, sed acutus: et quod est: Tuna coepit memorare simul cata dicta. Accipienda, acuta dicta.* Ad haec respicit et Pompon. fr. 2. §. 38. Dig. I. 2. de orig. iur. *Sex. Aelium Ennius etiam laudavit.—Catus* haud epitheton sed cognomen in fastis Capitolinis. Conf. de eo Cic. de orat. III. 33. ad famil. VII. 22. et Valer. Max. IV. 3. 7.

6. *O Tite — praemii.* Cic. Cat. mai. I. *O Tite s. q. e. a. c. l. Quae n. t. c. et v. s. p. f. Et q. d. f. n. d. Ecquid e.*

Quae nunc te coquit, et versat sub pectore fixa
Et qua deprimeris frustra noctesque diesque
Ecquid erit praemii? . . . . . .
Tunc coepit memorare simul cata dicta . . .
Sollicitari te Tite sic noctesque diesque
. . . . . animusque in pectore latrat,

bello gerendo imaginaris adiumento tibi fuerim, tuamque curam levaverim, et quae in sollicito tuo animo sedens te versat, et qua frustra deprimeris dieque nocteque, quid praemii merebor? 10. 11. Tunc coepit Aelius acute explicare, et sapientia edicere dicta, quae maxime ad bellum feliciter contra regem instituendum putabat. Qua causa, ait, tantopere angi, Tite, et te sic sollicitari dieque nocteque? An quod Philippus hostis potentissimus? An terrent animum tuum prodigia, quae in consulatum nostrum insidunt? Philippicum autem bellum haudquaquam cum Punico comparandum, sive virtute ducis, sive militum robore. Quod ad prodigia; eorum causa supplicatio decernenda, diique placandi.

praemii. Id. Ep. ad Att. XVI. 8. *Quod vero scribis, te magis delectari. O Tite si quid ego si quid agis, addis mihi scribendi alacritatem.*

8. *Et qua — diesque.* Deest hic versus in quibusdam Codd. Inest tamen Codici Fulv. Ursini et Dresdensi.

9. *praemii.* Al. pretii.

10. *Tunc coepit — dicta.* Varro l. s. cit.

11. *Sollicitari — diesque.* Cic. Cat. m. l. s. cit. Theodorus Gaza vertit:

——εἰρήκει πρὸς Φλαμίνινον
Ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ ἐπὶ πράγματι
μὲν οὐ πάνυ μεγάλῳ,
Ἐμπλέως γε μὲν πίστεως ὤν
*
Ὦ Τιτε εἶκεν ἐγὼ πρόφρων τοι
ἵνωμαι ἀρέξων . . . .
Πάγχυ τε κόνφην ἀργαλέην μελεδῶνά θεῶμαι
Ἥ σ' αὖτως ἔψουσ' αἰνῶς, μάλα δὴ κατατήκει
Ἥ δε παγεῖσ' ἐν στήθεσι θυμὸν σ' ἀμφιφαδαίνει
Τῇ νῦν τείρεται, ἄθλον ἔκειτ' ἀν ἐμοὶ τί κοτ εἴη;
*
Εἶσε μεριμνῶν νύκτας τε καὶ ἤματα πάντα.

12. *animusque in p. latrat. Varro* L. L. IV. *latrare. Apud Ennium: animusque in p. latrat.* Al. *animus cum pectore latrat. Fest. Latrare Ennius pro poscere posuit;* ubi tamen Dacerius: „Non verisimile, ait, Festum ad h. Ennii locum allusisse, aut si alluserit, perperam fecisse certum est. Hic enim

*Regni versatam nunc summovere columnam,
*Si veluti, quando vinclis venatica pernox
Apta silet, lustrum forte ferain et nare sagaci
Sensit, voce suem nictit, ululatque ibi acuta,
Et *citat absentem cupiens discriminis hostem.*

✥

. . . . . *vellebant*
Aegro corde comas; passis palmis adaperta,

12—17. Incitatus huiusmodi verbis ad bellum T. Quinctius, fatetur tantum sibi ab Aelio animi accessisse, ut totus iam esset in debellando Philippo. Inquit: animus meus in pectore poscit, labefactatam regni Philippici columnam prorsus auferre, veluti si canis venatica vinclo alligata pernoctans nullum sonum ciet, si forte autem cubile ferae animadvertit, voce indicat suem, et acute latrat, et absentem hostem citat ad discrimen. Aptissima igitur similitudine ab cane venatica declarans ardens illud suum, iter in Macedoniam et pugnam contra Macedonum regem capessendi, desiderium. 18. Quinctium interim properantem in provinciam prodigia nunciata atque eorum procuratio Romae retinent.

latrat, non *poscit*, sed *tumultuatur.*"

13. *Regni — columnam. Donat.* ad Terent. Phormion. II. 1. 57. *Columen, culmen, columna. Ennius X. Regni versatum summam vero columnam.* Scaliger emendavit versum, ut supra legitur.

14 — 16. *Si veluti — acuta, Et.* Festus: *Nictit canis in odorandis ferarum vestigiis leniter garriens, ut Ennius libro X. Veluti si quando vinculis venatica venenox Apta solet si forte ex nare sagaci Sensit voce sua nictit, ululatque ibi acuta est.* Scaliger legit: *Sicuti si quando vinclo venatica aeno Apta solet cane', forte feram si ex nare sagaci Sensit voce sua nictat, ululatque ibi acuta.* Ulitius tandem ad Grat. Cyneget. 213. 231. *Si veluti quando vinclis venatica pernox Apta silet, lustrum forte feram et nare sagaci sensit, voce suem nictit, ululatque ibi acuta Et citat absentem, cupiens discriminis hostem.* Ennius expressit Homeri Odyss. XX. κραδίη δὲ οἱ ἔνδον ὑλάκτει Ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα Ἄνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μεμονέννε μάχεσθαι. Conf. Seneca Thyest. III. 497. sqq.

18. *Aegro — adaperta. Nonius: Passum, extensum, pa-*

20 *Et quasi suppremo lugentes tempora vultu,
Pectora tundebant.
*Pinsibant terram genibus . . . . . .

✥

Insignita fere tum millia militum octo
Duxit dilectos, bellum tolerare potentes.

✥

De coelo tacta erant via publica Veiis, forum et aedes Iovis Lanuvii, Herculis aedes Ardeae, Capuae murus et turres; coelum ardere visum erat Arretii, et alia multa. Horum causa supplicatio habita; supplicantes laniabant comas etc. 22. Placatis diis parat iter Quinotius Brundusium, inde cum octo millibus peditum, et octingentis equitibus, Corcyram.

tens. Unde et passus dicimus, quod gressibus mutuis pedes patescunt. Ennius Annalium libro X. Aegro corde comis passis late palmis pater; passis palmis, ait, pro petentibus et extensis. Versum corruptum restituit Merula, insuper tentans: *Aegro corde comas passis palmis lacerantes.*

20. *Et quasi — vultu. Festus: Supremum modo significat summum, ut cum dicit *** pater supreme belli et armorum Mavors potens. Plautus *** Me certe suppremum habuisti semper in rebus tuis. Alias extremum significat. Ut in Legibus XII. Solis occasus suprema tempestas esto. *** suppremo crimine recte tuo. Unde dicimus *** illo sepeliri die suppremo ** ** et quasi suppremo lugentes tempora vultu. Cato de *** Iis* latere videtur Ennii versus.

22. *Pinsibant — genibus. Diomed.* Lib. I. *Pinso, pinsas, pinsare, pinso, pinsis, pinsere. Sic apud veteres reperimus n litteram additam, et Pitisi secundum tertium ordinem. Ennius X Annalium: Pinsunt cadram genibus.* — Varro L. L. IV. *Ideo Ennium in terram cadentes dicere: cubitis pinsibant humum.* Terram genibus pinsere de iis dictum, qui in genua labantes procumbunt. Columna. Homer. Il. N. 508. Ξ. 452. Φ. 315. ἐν κονίῃσι πεσὸν ἕλε — γαῖαν ἀγοστῷ.

23. 24. *Insignita — potentes. Priscian.* L. I. *Finalis dictionis subtrahitur M in metro plerumque, si a vocali incipit sequens dictio. Vetustissimi tamen non semper eam subtrahebant. Ennius in X Annalium: Insignita f. t. m. m. o. Duxit d. b. t. p.* Sic et Ann. VI. *Dum quidem unus homo R. toti superescit. Insignita. Glossarium* Fornerii MS. Insignitus παρεγγεγραμμενος εἰς τὸ σημεῖον τάγματος στρατιωτικοῦ, ὡς Ἔννιος.

25 . . . . . adspectabat virtutem legionis
Suspectans, si mussaret, quae denique causa
Pugnandi fieret, aut duri pausa laboris.

✥

. . . . . horitur induperator:
*Non decet *hic* mussare bonos . . . . .

✥

30 Haec nox praecessit stellis ardentibus apta.
*Interea fugit albu' iubar Huperioni' cursum,

---

25. Ex Corcyra in Epirum quinqueremi cum traiecisset, quamprimum pugnandi cum Philippo quaesiit occasionem, animis ante pugnam militum pertentatis. 28. Cum murmurarent quidam, eos hortatur ad servandam disciplinam militarem. 30—32. Mane paratis ad certamen omnibus, Philippus, cum appro-

Igitur insignita, signis suis adscripta.

25 — 27. *Adspectabat — laboris.* Laudat *Philargyrius* ad Virg. Georg. IV. 188. e libro decimo, apud quem vitiose admodum: *Mussant autem murmurant. Ennius in X sic ait: aspectabat virtutem legionis, spectans si mussaret, dubitaretque denique causa pugnandi fieret aut duri laboris.* Reposuit versus Dousa Plautin. expl. III. 14. — *Nestor* Novariensis in Glossar. *Musso cum duplicato S pro murmuro ponitur, auctoribus Festo et Nonio. Ennius: Aspectabat virtutem legionis suae, exspectans si mussitaret.*

28. *Horitur induperator. Diomed.* lib. I. *Item hortatur, quod vulgo dicimus, veteres nonnulli Horitur dixerunt, ut Ennius libro XVI Annalium: Prandere iubet, horiturque. Idem in X. horitur induperator, quasi specie iterativa.*

29. *Non decet — bonos. Festus: Mussare, murmurare. Ennius: Quintus in occulto mussabat, vulgo vero pro tacere dicitur, ut idem Ennius: Non decet mussare bonos.* Sensus: non decet tacere bonos, si quos contra disciplinam militarem agere vident.

30. *Haec nox — apta.* Citat *Macrob.* Sat. VI. 1. e libro decimo Vulg. *hic nox*, unde Dousa legit *Hinc nox.*

31. *Interea — cursum.* Priscian. Lib. V. *Iubar masculine. Ennius in Annalibus: Interea f. a. iubar H. cursum. Albus iubar* i. e. luna; *iubar aureus* sol, ut Ovid. Metam. I. 768. *Hyperionis* i. e. Solis. MERULA. *Festus* tamen: *Iubar stella quem Graeci appellant φοσφόρον vel ἑσπέρον. h. e. lucifer, quod splendor eius diffunditur in modum iubae leonis.* Conf. Ovid. Fast. II. 149.

*Solis equi funduntque elatis naribu' lucem.

. . . . . cursus quingentos saepe veruti

Inde Parum per coerula navibus ambulabant,

*Carbasus alta volat pandam ductura carinam,

Leucatem campsant

pinquantes Romanos videret, 33. milites verutos, i. e. leves, quingentos saepe cursus exsecutos, mittit adversus eos. Sed iis et toto exercitu Macedonum fugatis acie vincitur rex, et in regnum cogitur reverti. Vexata Thessalia, Macedoniae proxima, sociis Aetolis et Athamantibus.

34. 35. L. Quinctius Cos. frater, postquam cum classe Parum insulam praeternavigasset, navali proelio ope et auxilio Attali et Rhodiorum, Euboeam et maritima loca invadit. Anno DLVI. Coss. C. Cornelio Cethego et Q. Minucio Rufo, prorogatum est T. Quinctio in Macedonia imperium, donec successor mitteretur. Is igitur pro consule Philippum ad Cynoscephalos in Thessalia acie vincit. L. Quinctius eius frater Acarnanes, 36. Leucate urbe, quae caput est Acarnaniae, expugnata, in deditionem accipit.

32. *funduntque elatis — lucem.* Serv. ad Virg. Aen. XII. 115., ad illa: Solis equi, lucemque elatis naribus efflant; addit: *Ennianus versus est, ordine commutato. Ille enim ait: funduntque elatis naribus lucem.*

33. *cursus — veruti. Festus: Veruta pila dicuntur, quod A habeant praefixa. Ennius libro X. cursus quingentos saepe veruti.*

34. *Inde Parum — ambulabant. Fest. s.* Coerula: *Rigido tum coerula suro, cum ait Ennius, iocatus videtur super etymo verbi coeruli. Est enim a maris nomine. Eodem verbo de eadem re usus est libro II. coerula prata. Coerula mare ipsum dixit et alibi: Inde Parum per coerula navibus ambulabant. Parum insulam refert.*

35. *Carbasus — carinam. Luctat.* ad *Statii* Achill. I. 558. *Navis a velo, ut Ennius: Carbasus a. v. p. ductum carinam.* Ubi legendum *ductura.*

36. *Leucatem campsant. Priscian.* Lib. XI. *Cambio, ἀμείβομαι, ponit Charisius et eius praeteritum Campsi; quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω, ἔκαμψα Graeco esse videtur. Unde et Campso Campsas solebant vetustissimi dicere. Ennius in decimo: Leucatem campsant.* Est autem κάμπτειν, syrtes et scopulos oramque ventis infertam vitare, quam non sine vitae discrimine navigantes praeterlabuntur, alias, flectere promontoria. Columna.

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER UNDECIMUS.

(AB URBE CONDITA DLVI—DLIX.)

1 Tum clupei resonunt et ferri stridet acumen;
*Missaque per pectus, dum transit, striderat hasta.

1. Anno DLVI, sive eodem, eisdem diebus Rhodii quoque ad vindicandam a Philippo Peraeam, Pausistratum praetorem cum aliqua militum manu mittunt. Ad Alabandam, Cariae oppidum, in aciem descenditur; concurritur; diu anceps fuit pugna. Macedones tandem, nudato laevo cornu, turbati, primo caeduntur (huc poetam refero) partim terga vertunt; postremo, abiectis armis, in praecipitem fugam effusi, Bargyllas petunt. Philippus Dardanos, fines regni transgressos, et Macedoniae superiora vastantes, delectu raptim habito, circa Stobos Pelagoniae improviso opprimit. Antiochus molitus adversus Romanos bellum, eodem tempore omnes per oram Ciliciae et Cariae ad deditionem

1. *Tum clupei — acumen. Priscian.* Lib. VIII. *Sono sonas, et Sono sonis. Ennius in XI Annalium: Tum clypei resonunt et f. st. acumen.* Idem IX. *Ennius: Tum clypei resonunt et f. st. a.* Alibi Ennius: *litora laeta sonunt.*

2. *Missaque — hasta. Priscian.* Lib. VIII. *A Strido quoque alii stridui, alii stridi protulerunt. Ennius in XI An-*

Quippe solent reges omnes in rebu' secundis

. . . . . Cereris . . aere

Quin mundae . . . . . .

*Inter ponendum . . . . . .

. . . . . .

Contendunt Graecos, Graios memorare solent sos;

---

tentat urbes, quae in Ptolemaei erant ditione. 3. Eodem tempore et Attalus rex aeger, Thebis Pergamum advectus, moritur; altero et septuagesimo aetatis anno. (Eius rei fecit fortean mentionem poeta, adiecta gnome: *reges, quum Fortuna maxime adridet*, ut eo tempore Attalo, *rebus humanis solere eximi*). Exitu anni litterae Romam veniunt a T. Quinctio, se signis collatis cum rege Philippo in Thessalia pugnasse, hostium exercitum fusum fugatumque. Litteras brevi post secuti sunt legati et a Quinctio et a Philippo, qui pacem peterent. Missi eo a Romanis legati decem, quorum ex consilio Quinctius imperator leges pacis dat Philippo.

4. Anno DLVII. L. Furio Purpureone et M. Claudio Marcello consulibus ex argento multaticio tria signa aerea Cereri, Libero et Liberae posita sunt, referente Liv. XXXIII. 25. — 6. quorum inter ponendum, diis sacrificia fiebant. 6. Eodem anno Isthmiis, S. P. Q. R. auctoritate, voce praeconii tota Graecia

---

nalium: Missaque per pectus, dum transit, stridorat hasta.

3. *Quippe solent — secundis*: Festus: *Quippe significare Quidni testimonio est Ennius libro XL.* (lege XI.): *Quippe s. r. o. i. r. secundis.* Ubi tamen Dacerius: „Attamen in versibus Ennii, quae Festus ad exemplum adduxit, *quippe* non *quidni*, sed *quoniam* significat. Neque unquam *quippe* pro *quidni* scriptum reperias, sed *quippe ni*.“

4. *Cereris aere — mundae*. Festus: *Mundus appellatur coelum, terra, mare et aër, quia non alius est, quam quod moveri potest. Mundus etiam dicitur ornatus muliebris. Mundus quoque appellatur lautus et purus. Ennius: item loca navibus celeis munda facit; atque etiam: Aere Cereris quin mundae.* — Sic supplendum censet Planck ad Enn. Medeam p. 129.

6. *Interponendum*. Serv. ad Virg. Ecl. IX. 24. *Ennius: inter ponendum, i. e. dum ponuntur.*

7 — 9. *Contendunt — hos pavi*. Festus: *Sosproeos*

Quod Graeca lingua longos per tempori' tractus
Hos pavi . . . . . .
. . . . . .
10. . . . . *Cato* . . . . . .
. . . . . .
. . . . . et si
Mulier erubuit, ceu lacte et purpura mista.

---

praeter exspectationem pronunciatur libera; quod, quum narraret poeta, interiecit fortean, consanguineos populos iterum coaluisse. Romanos enim Graecos etiam esse, cum origine, tum sermone, qui fuerat olim graecus. Eum intermortuum ad vitam quasi et usum revocasse, eoque se Romanos ita per longos temporis tractus pavisse, gloriatur, nactus occasionem, poeta; ut plerique contenderent eo tempore Romanos esse Graecos. 10. Anno DLVIII. M. Porcio Catone, L. Valerio Flacco Coss. M. Fundanius et L. Valerius Tribb. plebis ad populum ferunt de abroganda Oppia lege, quae lata erat Anno DXL, ne qua mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolori uteretur etc. Tuentur legem contra collegas M. et P. Iunii Bruti tribb. plebis. Habet pro lege orationem Porcius Cato; in ea duo praecipue agens. Primo castigat ab corruptis moribus matronas, quod in foro etiam comparuerint, contra domesticos mores. 11. Dicit, se, quum in forum per medium mulierum agmen veniret, *erubuisse*, *quod alioquin probas foeminas deceret*, et si ipse proba esset *mulier* (legas verba Catonis apud Liv. XXXIV. 2.). Alteram orationis partem consumit in rogatione Fundanii et Valerii dissuadenda, 12. multa de

antiqui dicebant, ut Ennius XI. Contendunt G. G. m. s. s. Idem: (ex restit. Scaligeri) *Romanos graecos appellat Ennius: Contendunt G. G. m. e. s. quod Graeca lingua longos p. t. t. Hos pavi.*

9. *hos pavi.* Ennius innuit, se Romanos per Graecam linguam ditasse, quod — *lingua Catonis et Enni sermonem patrium ditaverit, et nova rerum protulerit* — canit Horat. art. poet. 56.

10. *Cato.* Catonem ab Ennio laudatum fuisse, dicit *Cicero* pr. Arch. 9.

11. 12. *et si — mista. Nonius: Lacte nominativo casu ab eo quod est lac. Ennius XI.: Et si M. e. c. lacte et p. mista.* Ian. Guilielmius legit: *Et simul erubuit c. l. e. p. m.* (Quaest. in Captiv. Plauti cap. 5.) Vossius Art. Grammat. L. II. Anal. cap. 8. ait: „Versus est heroicus, quia in *mulier* secunda vocalis

Pendent peniculamenta unum ad quemque pedum;
*Unde habeas, quaerit nemo, sed oportet habere.

16 Simia quam similis, turpissima bestia, nobis
. . . . . malo cruce fatum.
Ut des, Iuppiter . . . . . .

---

inmodico vestium luxu disserens; 15. quem nec simiae, quamvis simillimae hominibus, imitarentur, utpote omnia imitari, quae a hominibus fieri, viderent.

16. Catonis orationem secuta est suasoria L. Valerii trib. pl., vehemens et vere tribunitia, ut lex Oppia abrogetur. (Inter alia fortassean pro adgenita turbulento et seditioso magistratui consuetudine, diras imprecatus est ille integerrimo viro M. Porcio Catoni. Certe) victo forti viro, lex cum maxima contentione abrogatur. — Anno DLIX. Cato extemplo in Hispaniam profectus, bellum orditur ab emporiis, praemissa ad tribunos et praefectos

absorbet, quod antiquis haud insolens. Vel potius unius syllabae traiectione legamus: *Et si erubuit mulier* —"

13. *Pendent — pedum. Nonius: Peniculamentum a veteribus pars vestis dicitur. Ennius in XI. P. peniculamenta unum ad quemque pedum.* Scaliger tentabat: — *imum ad quemque pedem*, vel: — *unum ad quodque pedule*, addens Ennium per peniculamentum intelligere lacinias tractas vestium.

14. *Unde — habere.* Est versus *Iuvenalis* Sat. XIV. 207.

quem tamen omnes volunt ex Ennio desumtum esse. Certe Scholiasti antiquo hoc innotatum abiit.

15. *Simia — nobis. Cicero* de natura deorum. I. 35, ex Ennio.

Serenus Sammonicus de medicina: *Sive homo seu similis turpissima bestia nobis, Vulnera dente dedit.*

16. 17. *malo — Iupiter. Nonius: Crux generis foeminini saepe. Masculini. Ennius Annal. XI. Malo cruce f. uti des Iupiter.* Merula legit: *ut des.* Dousa: *m. c. des uti f. Iupiter —*

Nunc est illa dies, quum gloria maxima sese
Nobis ostendat, si vivimu' sive morimur!

Hispane non, Romane memoreti' loqui me

rimantur utrique
*Silvarum saltus, lamas latebrasque lutosas.

---

oratione? 18. 19. tempus adesse, quod saepe optarant, quo potestas illis fieret, seu pro patria moriendo, seu vincendo et vivendo virtutem suam testandi. 20. Hinc est, ait, quod memoretis, Romano more me loqui, non Hispano, i. e. ut decet virō Romano, nec Hispano. Animato exercitu, 21—23. speculatores mittit ad rimanda emporia, eorumque situs; Hispanos adortus triplici strategemate, multis caesis in fugam vertit; castra eorum diripit, plerosque ad deditionem compellit, armis exuit, muros

18. 19. *Nunc est — morimur. Priscian.* Lib. IX. „Deponentia in rior desinentia orior et morior, tam secundum tertiam, quam secundum quartam conjugationem declinaverunt auctores: Orior, orieris et oriris, morior, morieris et moriris. Ennius in XIV. (Al. XII. Merula XI.) Annalium: Nunc est i. d. c. gl. m. s. Nobis o. s. v. s. morimur." E Catonis dicta oratione esse, apparet e Livio XXXIV, 13. ubi Cato ad tribunos et praefectos: *Tempus, quod saepe optastis, venit, quo vobis potestas fieret, virtutem vestram ostendendi* etc.

20. *Hispane — loqui me. Charis.* Lib. II. *Hispane. Ennius Annalium libro: Hispane non Romane* (Sic in Cod. Dousae; vulgo corrupte: *Hispane nostro manno*) *m. l. m.*

21. *rimantur utrique. Festus: Rimari, quaerere valde, ut in rimis *** Ennius libro XI. ** rimantur utrique.*

22. *Silvarum — lutosas. Scholiast.* Cruquian. ad Horat. Ep. I. 13. 10. *Lamas i. e. lacunas maiores, continentes aquam pluviam seu coelestem ἀπὸ τοῦ λαιμοῦ* i. e. *quae ingluvies est et vorago viarum seu fossae fluviorum; hinc quoque dictae sunt Lamiae puerorum voratrices. Ennius: S. s. lamas l. l.* — Fortasse huc pertinet locus Ennii allatus a Serv. ad Aen. II. 173. *Salsus sudor. Hoc Ennius de lamis* (Manus docta correxit in exemplari meo: f. *de lacrimis*) *dixit.* — Conf. et Baxterum ad l. Horatii.

23. *Alta — tecta. Festus: Petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum,*

23 Alte elata specus, petrisque ingentibu' tecta.

diruit. Valerius Flaccus Catonis in consulatu collega cum Boiis ad Litanam silvam prospere pugnat.

prominens in mare, cuius Ennius meminit lib. XI. Alte delata caterisque i. *e.* Ubi legit Scaliger versum, sicut eum recudi curavi. Pertinere videtur ad emporiarum, maritimi Tarraconensis Hispaniae oppidi descriptionem.

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER DUODECIMUS.

(AB URBE CONDITA DLX — DLXI.)

1 . . . . . vertunt crateres aënos.

Sicuti, si quis ferat vas vini dimidiatum

Omnes mortales victores cordibu' vivis,

1. Anno DLX. T. Quinctius Proc. Nabidi tyranno, permissu senatus, Graecorum opem ferentium voluntate, arma infert; et Argis, qui in potestate eius erant, liberatis, dat tyranno duris conditionibus pacem. Ad hoc bellum referenda videtur, quae canit poeta, hostes epulas fecisse et certamen de bibendo habuisse. 2. Legem edictam: si aliquis vas dimidiatum vini afferat, poenas

1. *vertunt — aënos.* *Serv.* ad illa Virgil. Aen. IX. 165. *— et vertunt crateres ahenos, ait: potantes exhauriunt, et est hemistichium Ennianum.*

2. *Sicuti — dimidiatum.* Citat *Gell.* N. A. III. 14. ex Annalibus Ennii, non indicato libro. Apud Gellium Varro disserit et dividit subtilissime, quid *dimidium*, *dimidiato* intersit.

3 — 5. *Omnes — acris.* *Priscian.* Lib. V. *Acer et Alacer et Alacris — quamvis Alacris et Acris plerumque faciant — feminina; in utraque tamen terminatione communis etiam gene-*

Laetantes, vino curatos, somnu' repente
In campo passim mollissumu' perculit acris.

Imprimitque genae genam . . . . .

Pandite, solti', genas et corde relinquite somnum!

. . . . . levesque sequuntur in hastis.

Quande . . . . . .

luito. 3 — 5. Somno perculsos fuisse epulatos; 6. ita ut strenue dormirent. 7. Ducem eos evocasse e somno; 8. inertes tamen in proelium sequutos fuisse; et victos. — Anno DLXI. L. Quinctio Flaminio et Cn. Domitio Ahenobarbo Coss. Aemili, qui confecto bello Macedonico, praemiis parum dignis se ab Romanis affectos conquerebantur, diversis eos sollicitant reges, Antiochum instante incitanteque Dicaearcho, Nabin oratione Democriti, et Philippum Nicandro suadente. Nabis facile persuasus ab Romanis defecit, Philippus autem fidem servat.

ris inveniuntur prolata — Ennius in XII. Omnes m. v. c. vivis (al. Codd. *imis*). *Laetantes v. c. s. r. In campo p. m. p. acris.* Citat eosdem versus et libro VI.

5. *passim.* Merula coniicit: *passos.*

6. *Imprimitque genae genam.* *Serv.* ad Aen. VI. 686. ad illa: *effusaeque genis lacrimae* — ait: *genis i. e. palpebris. Ennius de dormiente: Imprimitque genae genam.*

7. *Pandite — somnum. Festus: Genas Ennius palpebras putat, cum dicit hoc versu: P. s. genas et c. r. e.* Idem: *Sultis, si vultis, significat, composito vocabulo, ita ut alia sunt: Sodes, si audes etc. Ennius: P. sulti g. e. c. r. s.*

8. *levesque — hastis. Serv.* ad illa Virg. Aen. V. 37. *Horridus in iaculis*, ait: *In hastis, Ennius: Levesque sequuntur in hastis.* Sensus: Sequuntur, sed leves i. e. inertes, in hastis, quoad hastarum tractationem.

9. *Quande. Festus: Quando, quum gravi voce pronunciatur, significat quod, quoniam etc. Ennius libro XVI. Nox quando mediis signis praecincta volabat. In duodecimo quidem cum E litera ultima scribitur, idemque significat.*

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER DECIMUS TERTIUS.

(AB URBE CONDITA DLXII.)

1 Annibal audaci dum pectore de me hortatur,
Ne bellum faciam; quem credidit esse meum cor
Suasorem summum et studiosum robore belli.

1. Antiochus magis accensus, firmius de bello Romano consilium capit; ibi, ubi speranda essent auxilia, discussum. Inter alia etiam deliberatum, ut Annibal in Africam sine mora mitteretur, ad distringendos Romanos, quo cuncta felicius in Graecia gereret Antiochus. In consilium illud non adhibitur Annibal, suspectus regi propter colloquia cum Villio (1—5. ad consilium pertinere videntur, et quidem ita ut 1—3. Antiochus memoret,

1—3. *Annibal— belli.* Citat *Gell.* N. A. VII. 2. e libro XIII. ubi de turpi Caesellii Vindicis errato agit, qui ex duobus prioribus versibus, non recte tertio, notabat *Cor* ab Ennio enunciatum genere masculino, putans in accusativo genere dicisse *quem cor pro cordem*, quum tamen *quem* non ad *cor* sed ad Annibalem referri debeat; ut sit: *quem cor meum* i. e. ego credidi, *suasorem summum* etc. Caesellium nullo indicio secutus est *Nonius: Cor, neutri generis, ut dubium non est. Masculini*

Invictus'st canis, atque sagax et viribu' fretus

5 . . . . satin' vates verant in aetate agenda

Pontibus instratis coniunxit littora Xerxes,
*Isque Hellesponto pontem contendit in alto.

Littora laeta sonunt . . . . . .

Annibalem se a bello dehortari visum esse; 4. eum comparet cum cani invicto; 5. opiniones diversas iam ad nauseam usque ponderatas esse, dicat.) Contumeliam illam silentio fert Annibal; deinde melius esse ratus, percunctari causam repentinae alienationis, et purgare se tempore apto, quaesita fractundiae causa, brevi sed nervosa oratione (ap. Liv. XXXV. 19.) ita regem permovet, ut reconciliatio secuta. Nabis non segniter contra foedus, maritimam oram Laconum oppugnat. Ad socios tuendos mittitur cum classe Attilius praetor. Hactenus temere de Antiocho sparsi erant rumores; tandem Attalus Romam venit, et Antiochum cum exercitu Hellespontum transisse nunciat. Vera fuit Attali relatio. 6. 7. Romani trepidantes et animis consternati, in Antiocho alterum Xerxem metuunt. Antiochum Xerxi comparant (vid. Florum II. 8.). 8. Anno DLXII. contra Antiochum mittitur M. Acilius Glabrio Cos. bellum regi atque Aetolis illatu-

Ennius libro XIII. A. a. d. p. de me hortatur Ne b. f. quem credidi esse meum cor. Calpurnius Piso MS. citat hoc Ennii *de me hortatur* ex libro XII. ut tmesin, pro *me dehortatur;* teste Merula.

4. *Invictus — fretus. Festus: Sagaces appellantur multi ac solertis acuminis. — Sagacem etiam canem dixit *** Invictus canis sagax validis viribus fretus.* Putantur esse Ennii, sic corrigenda, ut reposui. Cic. de divinat. I. 31. *Sagire — canes.*

5. *satin — agenda.* Extat ap. *Gell.* XVIII. 2. ex Ennii XIII. *Verare* verbum est vatum, unde veratores et veratrices.

6. *Pontibus — Xerxes.* Citant versum suppresso auctoris et libri nomine *Terentianus, Beda* et *Sergius* in Aelii Donati comment. Columna Merulaque Ennii esse putant.

7. *Isque — alto. Varro* L. L. VI. *Quasi Hellespontus — et claustra; quod Xerxes quondam eum locum clausit. Nam, ut ait Ennius: Isque H. p. c. in alto.* Conf. ad Ann. VII. 42.

8. *Litora. Priscian.* L. IX. citat ex Ennii libro XIII, ubi

9 *Matronae muros complent spectare favēntes,

rus. In Graecia appellentibus Romanis, litora laeta sonant, et pristinos suae libertatis vindices cum plausu excipiunt. 9. Concurrunt undique omnes omnis aetatis, matronae complent muros, spectare volentes eos, qui Graeciae res, ut olim a Philippo, nunc ab Antiocho turbatos restaurarent.

scribit, nonnulla primae coniugationis verba a veteribus etiam secundum tertiam prolata.

9. *Matronae — favēntes. Philargyr.* ad Virg. Georg. IV. 230. *Favere ponitur pro velle, apud Ennium in XIII. M. meles c. s. faventes i. e. volentes.* — *Serv.* ad Georg. I. 18. *Favere veteres etiam velle dixerunt. Ennius: Matronae muros compl. sp. faventes.*

QUINTI ENNII ANNALIUM LIBER DECIMUS QUARTUS.

(AB URBE CONDITA DLXII — DLXIII.)

1 Quum procul adspiciunt hostes accedere ventis
Navibu' velivolis, *magno clamore bovantes

Omnes occisi obcensique in nocte serena

1. Antiochus eodem anno, quum Thermopylas occupasset, virtute M. Catonis, tribuni militum, inde eiectus, rursum in Asiam est fugatus. L. Aemilius Regillus Praetor classem sertitus, adversus Antiochum profectus, inter Ephesum, Samum et Chium cum praefectis regis congressus, classem eius ad Myonnesum, Rhodiorum auxilio vincit, fandit, fugat. 3. Selencus in-

1. *Quum — velivolis.* *Macrob.* Sat. VI. 5. citat ex Annalium Ennii libro XIV., quo docet, epitheta, quae apud Virgilium nova videntur, vetustioribus quoque in usu fuisse. Alibi Ennius in Andromacha: *Rapit ex alto naves velivolas*, quem versum et adducit Serv. ad Virg. Aen. I. 228.

2. *magno — bovantes.* Citat *Varro* L. L. VI. ex Ennio.

3. *Omnes — serena.* *Festus*: *Ob praepositionem antiquos*

. . . . . rigido tum coerula suro

♦

5. Verrunt extemplo placide mare marmore flavo;
Coeruleum spumat sale conferta rate pulsum,
*Labitur uncta carina, volat super impetus undas.

♦

---

terra Antiochi fil. fines invadit regni Eumenis, cum is, procul a domo cum Romanis Lyciae maritima infestaret; ad Elaeam primo insertis signis pugnatum, omissa urbis oppugnatione, agros hostiliter depopulatus ad caput et arcem regni Pergamum ducit oppugnandum. Eumenes domestico bello avocatur, cum classe Elaeam petit, inde auctore milite, Pergamum, clam fere hoste contendit. Hoc quum nunciatum esset Antiocho, pace ab Aemilio frustra agitata, is Adramytteum hostili animo petit, tum vero ab urbe abstinens Peraeam expugnat, Cotton, Corylenum, Aphrodisias et Prienem capit, inde per Theatyra Sardis redit. 4. Anno DLXIII. L. Cornelius Scipio Cos. cum exercitu iter ingressus per Chersonesum ad Hellespontum pervenit; 5—7 ubi omnibus cura regis Eumenis ad transportandum suas copias prae-

esse usus pro Ad, testis est Ennius, cum ait libro quarto decimo: Omnes occisi, obcensique i. n. s., h. e. accensi. Et in Iphigenia: Acheruntem obibo, ubi mortis thesauri obiacent.

4. *rigido tum coerula suro. Festus*, loco ad Ann. II. 45. allato. Rigido suro i. e. remis salcant mare.

6. *Verrunt — pulsum.* Citat *Gell.* N. A. II. 27. e libro XIV. Annal. Ennii. — *verrunt* i. e. feriunt, percutiunt. Virg. Aen. III. 206. *Adnixi torquent spumas et coerula verrunt. placide* F. *placidum.* Sciopp. legit: *mane marmor flavum.*

marmore flavo. Apud Gellium post multa a M. Frontone *de flavi coloris* varietate enodata, fatetur Favorinus, se huiusmodi Ennii verba, quae antea minime intelligebat, illius explicatione intellexisse, addit-que: *Non enim videbatur coeruleum mare cum marmore flavo convenire. Sed cum sit flavus color viridi et albo mistus, pulcherrime prorsus spumas virentis maris flavo marmore appellavit.*

6. *Coeruleum — pulsum.* Citat hunc versum et Priscian. L. V. ubi scribit ab Ennio libro XIV. Annalium prolatum *hoc Sale. Glossarium* Fornerii: *Sale* Θάλαττα *apud Ennium.* Sic saepe apud Homerum: ἅλς.

7. *Labitur — undas.* Citat *Macrob.* Sat. VI. 6. ex Ennii libro XIV, committens ver-

Ut patefecerunt Bruges . . . . . .

O patria, o divum domus Ilium et inclyta bello
Pergama . . . . . .
*Quae neque Dardaniis campis potuere perire,
Nec quum capta, capi, nec quum combusta, cremari.

paratas, veluti in pacata littora, nullo prohibente (teste Livio), aliis alio delatis navibus, sine tumultu traiicit.

8. Stativis ad Hellespontum aliquamdiu locatis, legatus ab Antiocho in castra venit Heraclides, de pace oraturus; qui quum nihil aequi in concilio se impetrare animadvertisset, privatim P. Scipionis animum tentare coepit. Fidele Scipio dat consilium, bello Antiochus absisteret, et pacis conditiones nullas recusaret. Non motus rex belli aleam experiri statuit. Consul, omnibus ad proposita exsequenda praeparatis, cum ex stativis moviisset, Dardanum primo, deinde Rhoeteum venit; inde Ilium procedit, castrisque in campo, qui moenibus subiectus, positis, *ut patefecerunt Phryges* portas, in urbem arcemque adscendit; sacrificatum Minervae, arcis praesidi. 9 — 12. Ilienses in omni rerum vel borumque honore oriundos a se Romanos praeferunt. Romani magno exsiliunt gaudio, sua laeti origine; patriam salutantes, *Divum domum* venerantes, *Pergama bello inclyta* perstrepentes, *Pergama, quae neque Dardaniis campis potuere perire, Nec, quum capta capi, nec quum combusta cremari.* — Ilio profectus ad caput Caici amnis pervenit, et praeparatis dierum plurium cibariis, consilium capit ire ad hostem, priusquam hiems opprimeret. Castris Romanorum et Antiochi parva intervallo coniunctis,

sum dum Virgilii Aen. VIII. 91. versu: *Labitur uncta vadis abies* —

impetus, impetuosa, rapida, incitati cursus classis. Merula.

8. *Ut patefecerunt Bruges. Cicer.* Orat. 48. *Burrum semper Ennius, nunquam Pyrrhum; vi patefecerunt Bruges, non Phryges, ipsius antiqui declarant libri.* Conf. ad Ann. VI. 5. Merula legit: *Ut p. B.*; lectio et in Codd. obvia est. Alibi Ennius in Achille ap. Cic. pro Rosc. Amer. 32. *Quis ibi non est vulneratus ferro Brugio.*

9. *O patria — bello. Serv.* ad illa Virgilii Aen. II. 241. *O patria o Divum domus Ilium et inclyta bello* — addit: *Versus Ennianus.*

11. *Quae — cremari.* Citantur a *Macrobio* Sat. VI.

. . Horresoit telis exercitus asper utrimque.
*Rompaea

15 Infit: O Cives, quae me Fortuna ferox sic
Contudit? indigno bello confecit acervo!

levia quaedam fiunt certamina. 13. Postea instructa acie ad iustum proelium, signo dato concurritur, horrescente telis suis utrinque exercitu. 14. Rumphaea mittuntur. 15. Dubio primum certamine, tandem in fugam vertitur Antiochus; castra eius diripiuntur, Asiae civitates in fidem Cos. se tradunt. Rex plene victus, quum multis verbis deplorasset *duram et immanem apud suos fortunam* (verba regis innuit poeta ad suos), legatos mittit ad obtinendam pacem. Obtinet. Sic confectum est bellum in Asia cum Antiocho Syriae regi.

1. ex libro Annalium Ennii XI. de Pergamis locuti (ubi legit Merula XIV.). Eleganter vero et nervose apud Ennium omnunt milites Romani, Pergama Dardaniis armis non potuisse perire. Nam capta quidem fuerunt et cremata, sed quia renata aliquot post annis, celebrantur, illa non videri, quum a Graecis capta essent, vere capta; non videri item, quum combusta essent, vere combusta. Merula.

13. *Horrescit — utrimque.* Citat *Macrob.* Sat. VI. 4. e libro XIV. ubi tamen corrupte legitur *utrique.*

14. *Romphaea.* Citat *Gell.* N. A. X. 25, ubi inter alia telorum vocabula, rhomphaeam docet esse genus teli Thracae nationis (qui Antiocho auxiliares), positamque hanc vocem in Q. Ennii Annalium libro XIV.

15. 16. *Infit — acervo.* *Priscian.* L. X. *Vetustissimi tamen tam producebant, quam corripiebant verbi Tutudi penultimam. Ennius libro XIV. Infit o. c. q. m. f. fero, sic Contudit, i. b. c. acervo.* Pro *fero sic* Coddi al. *ferocia.* Merula legit: *ferox sic,* sive *ferocem.*

16. *acervo* pro acerbo. V non raro pro B positum, testantur inscriptiones antiquae.

QUINTI ENNII
ANNALIUM.
LIBER DECIMUS QUINTUS.
(AB URBE CONDITA DLIV.)

1 Malos diffindunt, fiunt tabulata, falaeque

Arquum ubi adspiciunt, mortalibu' quae perhibetur

1. Anno DLXIV. M. Fulvius Nobilior Cos. qui poetam nostrum in Aetoliam duxit, quinquagenarium, teste Cicerone in Tuscul. I. 2.; cuiusque victoriam insigni laude celebravit Ennius, ut scribit Aur. Victor de vir. ill., Ambracienses, aditu difficillimos, obsidione cingit. 2. Nescio quid portenti admirati sunt, cum Iris

1. *Malos — falasque.* Nonius: *Falae turres ligneae. Ennius in XV. Malos d. f. t. falaeque.* — *malos* h. e. arbores malos, τὰς μηλέας, ut malus videatur pro omni arbore poni, vel *malos* τοὺς ἱστοὺς, ut poeta indicet malos navium fuisse diffisos, et ad obsidionis opera correptos Merula. — *Falae* secundum Festum dicebantur ab altitudine; a Falando, quod apud Etruscos significat coelum.

2. *Arquum — perhibetur* se. Iris. Citat versum Prissianus Lib. VI. e libro XV. Ennii, ubi notat vocem Arcus inveniri etiam apud veteres feminini generis quartae inflexionis.

. . . . . succincti corda machaeris,
* *Istri* . . . . . .

Iamque inter iactum teli progressus uterque
Substiterat; subito erumpunt clamore fremen-
tesque
Exhortantur equos; fundunt simul undique
tela
Crebra, nivis ritu; coelumque obtexitur umbra.
* Occumbunt multi letum ferroque lapique
Aut intra muros, aut extra praecipe casu.

---

in coelo videretur. 8. Quinque simul locis moenia aggreditur. Oppidanos pavor capit et trepidatio; sed ut praeter spem stare muros contra ictus vident, timore excusso, animos sumunt, et Romanorum impetum omni dexteritate avertunt. Quin portam ausi erumpere, et inter illos Istri duo, succincti corda machaeris latam stragem de obsidente hoste faciant. 9. Multi utrimque et intra et extra muros cadunt; 9. 10. partim telis confossi, partim vero lapidibus obruti et saxis interfecti.

3. *Succincti — machaeris.* Serv. ad Virgil. Aen. IX. 678. ubi ves a Pandaro et Bitia gestae delineantur, ait: *Ennium est secutus, qui ait: succincti corda machaeris.* E libro XV. Annalium desumtum fuisse hemistichium, inde patet, quod Macrob. Sat. VI. 2. scribat, Virgilium in delineandis rebus a Pandaro et Bitia gestis imitatum fuisse Ennium. Ait enim: *Item de Pandaro et Bitia aperientibus portas, locus acceptus est ex libro quinto decimo Ennii, qui induxit Istros duos in obsidione erupisse portam, et stragem de obsidente hoste fecisse.*

4. *Istri.* Conf. not. anteriorem. Istri inter copias auxiliares Ambracienses erant; teste Merula.

5 — 8. *Iamque — umbra.* Sunt Virgilii Aen. XI. 606. sqq. ubi *Servius: Et Ennianus est iste omnis ambitiosa descriptio.*

9. 10. *Occumbunt — casu.* Citantur a *Prisciano* Libro VI. ex libro XVII. Ennii, ubi docet, vetustissimos etiam *praecipis* genitivum protulisse. Prior versus citatur ab eodem eod. libro, sed e libro Ennii XV.; ubi docet, antiquos declinasse *lapis, lapidis*

Fulviu' Nobilior stravit certamine crebro
Aetolos . . . . . .

. . . . . *regiaque Aemilia vecta*
. . *tropaea rate* . . . . . .

15 . . . . . Cretenses

11. Ambracensium res, cum afflictiores essent, legatos de pace Phaneam et Damotelem, intercedentibus etiam Atheniensibus Rhodiisque, mittunt Aetoli ad Fulvium Nobiliorem consulem, a quo crebris certaminibus erant strati et infinitis adfecti cladibus. Diu iactatis Aetolis tandem pax data, duris satis conditionibus. 13. Eodem hoc anno decretus est magno consensu ab Senatu triumphus L. Aemilio Regillo ob rem bene et feliciter gestam. (De hoc triumpho loquitur poeta.) Nam superiori anno praetor, classem sortitus, Antiochi praefectos inter Ephesum, Samum et Chium vicerat, et fugarat. 15. Q. Fabius Labeo praetor eodem anno classem sortitus, et in Cretam insulam transgressus, nuncios ad Cydoniatas, qui bellum gerebant adversus Gortynios et Gnosios; omnes autem captivorum Romanorum atque Italici generis magnum numerum in servitute habere dicebantur; mittit, ut armis abstinerent, et captivos reducerent. Parum moventur; captivos nulli praeter Gortynios, reddunt. Eam ob causam decretus Fabio navalis triumphus.

lapis. Lapidum magnus olim usus in muris defendendis.

11. *Fulviu' Nobilior — Aetolos. Glossarium* Fornerii *'Αποκτείνω sterno. Ennius: Fulvius nobilis obstravit certamine cerebro et illos.* Merula versum restituit.

13. *regiaque — rata,* Conf. locum Propertii ad Ann. II. 17. allatum.

Cretenses. Charis. L. 1. *Cretenses. Ennius, ut Varro L.* 1. *de sermone latino scribit.* Virgilius certe eos non *Cretenses,* sed *Cretes* dixit, et *Cretaeas oras.* COLUMNA.

QUINTI ENNII ANNALIUM.

LIBER DECIMUS SEXTUS.

(AB URBE CONDITA DLXIV — DLXXIV.)

1 Quippe vetusta virum non est sati' bella monere

Quo res sapsa loco sese ostentatque iubetque

1. Eodem anno Cn. Manlius Vulso Cos. bellum moliens contra Gallograeciam, Maeandrum transgressus, circumducto ad varias gentes milite, Tolistobogios, Tectosagos et Trocmos, qui Brenno duce olim in Asiam transierant, expugnare in animum inducit. Quia vero terribiles hi erant non omnibus solum regionis incolis, sed Romanis etiam militibus, suos ante proelium pro concione adhortatur, ne pugnaturi metu concuterentur. Inter alia monet, saepe eos a Romanis fuisse victos et debellatos. Docere enim non legiones solum eorum, quae a Romanis passim caesae; sed singularios milites, *quippe bella vetusta non est satis monere, et in memoriam revocare,* cum singulariis congressos, T. Manlium, M. Valerium et alios, quantum Gallicam rabiem vinceret Romana virtus. 2. Iam vero, quae sese ostentat, quae iubet, occasio-

1. *Quippe — monere. Festus: Quippe significare quid ni testimonio est Ennius* libro XL. (XI.) *Quippe solent reges omnes in rebus secundis. Idem libro XVI. Quippe v. v. n. e. s. bella moveri* (Merula legit *monere*). Sed vid. ad Annal. XI. 3.

2. *Quo res — iubetque. Festus* v. Sas: *Sapsa, ipsa.*

. . . . . se
Primus nec bradus in regimen bellique peritus:

. . . . . crebrisuro
* Incedit veles vulgo sicilicibu' latis.
* Ingenio forti dextrum latu' pertudit hasta;

---

nem esse captandam. 3. 4. Sic animat suos contra Gallograecos Manlius. Nunciatur interea Tolistobogios Olympum occupasse, Tectosagos Maganam urbem petiisse, Trocmos vero Tolistobogiis auxilium ferre. Consul ad Olympum movet castra, exercitum trifariam divisum ad hostem ducit, L. Manlium fratrem ab hiberno ortu subire iubet, alios alio. Ipse *belli peritissimus, neque tardus in regimen, primus se ingerit*, et cum maxima copiarum parte, montem ascendit. Galli duobus lateribus satis fidentes, IV millia armatorum ad tumulum viae imminentem, occupandum mittunt; eo se rati, velut castello, iter impedituros. A Romanis configuntur sagittis, glande, iaculis. 5 — 10. Galli

Idem Ennius: Quo res sapsa l. s. o. i.

3. *Se — peritus. Festus: Regimen pro regimento usurpant poetae. Ennius libro XVI. Primus senex bradyn in regimen b. p.* (Merula emendavit, ut reposui.)

bradus vox petita a Graecis ab Ennio semigraeco, *i. q.* tardus, segnis. Vid. Nonium v. *Bardum*. Gloss. Βραδὺς *serus, tardus.*

5. *Crebrisuro. Festus: Crebrisuro, apud Ennium significat vallum crebris suris, i. e. palis munitum. Crebrisuro* in obliquo scilicet, nam rectum est *crebrisurum*. Dacerius.

6. *Incedit — latis. Festus: Sicilices hastarum spiculá lata. Ennius: Incedit v. v. sicilicibus latis;* ubi Scaliger, est, ait vox Magnae Graeciae. Eo nomine intelligebant, quidquid secandi vim habet; inde *Sicilia* dicta, quia ab Italia abscecta, *sicilire prata* secare. Sed Dacerius putat, potius esse diminutivum a sica. Sica autem, ait, brevis gladius et incurvus. Inde *sicilos* lancearum spicula dixit Ennius. Lego vero potius *sicilibu'* quam *sicilicibu'*; ratio est quod prior syllaba in *sicilibus* brevis est, quae longa debet esse a *sica*. Alii legunt: *Incidit veles volgam s. l.* sed contra Codicem.

7. *Ingenio — hasta. Priscian.* Lib. X. ancipiti scribens habuisse veteres intervallo mediam in *Tutudi*, citat ex Annal. XVI. — vulgo: *dextra.*

*Concidit et sonitum simul insuper arma dederunt.

*tamen induvolans summum abstulit hasta

Insigne . . . . . .

* *

. . . . . *tonat Clodius Pulcer*

Marcum in Aburium . . . . . .

Aemilium Marcum . . . . . .

*

---

superati ab levi armatura, effusa fuga castra repetunt, et exercitu Romanorum insequenti pro vallo aciem instruunt. Vallo incedunt adscendentes velites (singulare aliquod certamen poëta innuisse videtur); irrumpente per portas victore, in fugam coniecti Galli. Sic victi.

11. M. Fulvius, Aetolis perdomitis, traiicit in Cephalleniam; ibi, omnibus oppidis in deditionem acceptis, Samaeos obsidet, et captos, direpta eorum urbe, sub corona vendit. Compositis rebus, in Peloponnesum transgressus, turbas inter Achaeos et Lacedaemonios componit. Anno DLXV. M. Valerio Messala et C. Livio Salinatore Coss. Cn. Manlius procos. foedus ex decem legatorum sententia et S. C. Antiocho scribit, tum ad Hellespontum profectus, evocatis eo Gallorum regulis, leges, quibus pacem cum Eumene servarent, dicit, inde in Europam traiicit, et in Apollonia hibernat. Anno DXLVI. a C. Flaminio Cos. Ligures, Friniates et Apuani in deditionem accepti. M. Aemilius Lepidus legatos

8. *Concidit — dederunt.* Citatur a *Macrob.* Sat. VI. 1. e libro XVI. Ennii committ. cum Virg. Aen. X. 488.

9. *tamen — insigne.* Ibidem e libro XVI. committens cum Virgilii Aen. XII. 492. versu — *apicem tamen incita summum Hasta tulit.*

10. *Insigne.* Testatur Polybius Libro VI. milites apud Romanos simplici usos galea, *cui lupi* pellem vel simile quid imponebant, quod tegumentum et insigne esset, ut in proelio ignaviter aut strenue se gerentes facilius agnoscerentur. Tale insigne ab involante hasta abreptum fuisse alicui, canit hic Ennius. MERULA.

11—15. *tonat — triumpum. Calpurnius* Piso MS. Lib. 1. *Vehementissime apud Ennium tonat Clodius Pulcer in M. Aburium tribunum plebis, quum prohiberet triumphum, quem ob*

Vim tua noluntas facit imperiosa vetando,
Quem Consul meruit, quum res bene gesta, triumpum.

✿

Montibus obstitis obstantibus, unde oritur nox.

✿

Reges per regnum statuasque sepulcraque quaerunt,

Ambracienses ad invidiam M. Fulvio absenti faciendam subornat. Defensus ab altero Cos. C. Flaminio, et postea Romam reversus, triumphum ob res bene contra Aetolos, Ambraciam et Cephaloniam gestas, pro eo loquente *Clodio Pulcro*, contra *M. Aburii* trib. pleb. intercessionem, *eum accusantis*, impetrat. (14. 15. sunt verba Clodii Pulcri.) — 16. Eodem anno Cn. Manlius Vulso, devictis Asiaticis Gallis triumphat, contradicentibus decem legatis, ex quorum consilio foedus cum Antiocho scripserat, quod iniussu Senatus bellum gessisset. Hinc Coss. Sp. Postumio Albino et Q. Marcio Philippo (DLXVII) decernitur quaestio de clandestinis coniurationibus, quae in sacris Bacchanalibus fierent, detectis indicio P. Aebutii et Hispalae foeminae. Sacrum illud multorum poena sublatum Romae et per totam Italiam. Perfectis quaestionibus prior Q. Marcius in Ligures Apuanos profectus, *in praeoccupatis montium angustiis circumventus*, IV millia militum amittit. 17. Anno DLXVIII. multorum querelae de Philippo Macedonum rege ad Senatum deferentur. Philippus per legatos sé apud Senatum purgat (17. 18. videntur legatorum inter alia, verba):

res in Graecia praeclare gestas, decreverat magno consensu Senatus, accusans etiam M. Aemilium. Inter alia: Vim tua noluntas f. i. v. Quem C. m. q. r. b. g. triumphum. Ex affectu haec Ennius scripsit in gratiam sui Fulvii, non ex veritate.

15. *Noluntas.* Hanc dictionem, cruciam forte multis, observatam tamen aliquotiens in Gallorum glossariis, postliminio revocatam reip. literariae primus restituo. MERULA. — *Vetando.* Intercessio tribunorum plebis peragi solita uno et solemni verbo *Veto*.

16. *Montibus — nox. Festus: Obstitum obliquum. Ennius libro XVI.* (al. XVIII.) *Montibus obstitis obstantibus inde oritur nox.* Conf. quae dicta ad Annal. VIII. 91.

17. 18. *Reges — opum vi.*

Aedificant nomen, summa nituntur opum vi.

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis

20 Quos ubi rex paullo spexit de collibu' celsis

Romani Legatos ad componendas sociorum cum Philippo controversias mittunt. Praetores C. Calpurnius et L. Quinctius haud procul Hippone et Toleto urbibus, ab Hispanis in fugam versi, refectis viribus Hispanos rursum adorti vincunt. Anno DLXX. M. Claudius Marcellus et Q. Fabius Labeo sortiti sunt Ligures. Illi praeterea adversus Gallos Transalpinos, qui in Italiam transgressi oppidum in agro Aquileiensi aedificabant, proficiscuntur; quibus ex provincia iussis excedere, Istrico bello molitur fundamenta. Anno DLXXI. Ligures in deditionem accepti. Fulvius Flaccus Pr. Celtiberorum oppidum Urbicuam capit; praeda militibus concessa.

19. Anno DLXXII. P. Cornelio Cethego et M. Baebio Tamphilo Coss. pestilentiae tanta vis erat, ut quum propter defectionem Corsorum, bellumque ab Iolensibus concitatum in Sicilia, VIII millia peditum ex sociis latini nominis scribi placuisset, tantum hominum demortuum esse, tantum ubique aegrorum, ut is effici numerus militum non potuerit. 20. Eodem anno ascendit in Haemi verticem Philippus, credens vulgatae opinioni Ponticum simul et Adriaticum mare et Istrum amnem et Alpes conspici posse; subiecta oculis ea haud parvi sibi momenti futura ad cogitationem redintegrandi contra Romanos

Citat *Macrob.* Sat. VI. 1. e libro XVI. Annalium Ennii. Vox *quaerunt* mihi suspecta. MERULA.

18. *Aedificant nomen.* h. e. propagant ad posterorum memoriam titulis, et inscriptionibus in statuis et in sepulchris. COLUMNA.

19. *Hos pestis—duelli. Priscian.* Lib. IX. *Proprie necatus ferro, nectus vero alia vi peremtus dicitur. Ennius: Hos pestis necuit p. o. i. duellis.*

20. *Quos ubi — celsis. Festus: Spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui, et spexit. Ennius libro sexto decimo: quod ubi rex paullo* (al. . . *dulo*, al. *sedulo*) *spexit de contibus celsis.* — *Varro* L. L. V. *Spectare dictum a Specio antiquo, quo etiam Ennius usus: Vos epulo postquam spexit.* Varie inde tentatus Ennii versus, quem dedi secundum Merulae lectionem. Alii legunt: *Quod ubi rex paullo spexit de coribu' celsis.* Al. *Quos ubi rex pullos sp. de coribu' celsis.* Pompon. Laetus: *Quos ubi rex ultro sp. de montibus celsis.* Iacob. Schegkius in Praemess. ep. 3. *Vos epulo postquam sp. de cotibus celsos,* vel: *Quos ubi rex epulo spexit de cotibus*

Tum timido manat ex toto corpore sudor

✥

. . . . . interea fax
Occidit, oceanumque rubra tractim obruit aethra;
*Nox quando mediis signis praecincta volabat

✥

Postremae longinqua dies, quum fecerit aetas

✥

belli. (Vide Livium Lib. XL.) 21. Eodem anno contentio orta est inter liberos Philippi Perseum et Demetrium. Hunc ille, criminibus parricidii, et adfectati regni apud patrem accusat. Credulus nimium Philippus Didae dat mandatum de occidendo filio. Illa Demetrio porrigit in coena venenum; id Demetrius, epoto poculo extemplo sentit, mox coortis doloribus, relicto convivio, in cubiculum se recipit. 21. Torquetur ibi, et toto corpore manat sudor. 22–24. Nocte intromissi in cubiculum Thyrsis quidam, Stubereus et Berreus Alexander, iniectis in caput tapetibus, spiritum intercludunt. 25. Ita intempesta nocte innoxius adolescens interficitur.

celsos; Popma: *Quos ubi rex sedulo sp. de cotibus celsis.* Inepte Schegkius, ait Dacerius, interpretatur de coena ubi modi imperator celsos i. e. equites aspicit, non veste coenatoria, sed in toga detrita, quia *decotes* togae detritae. Merula autumat, versum a Varrone excitatum non esse eundem, quem Festus allegavit.

21. *Tum timido — sudor. Macrob.* Sat. VI. 1. citat e libro XVI, committens cum illo Virgilii Aen. III. 175: *Tum gelidus toto manabit corpore sudor. — Manat* pro *manavit* positum. Lucret. VI. 944.

22. *Interea fax — Aethra. Macrob.* VI. 4. citat e libro XVI. committens cum Virgilii Aen. III. 585: *nec lucidus aethra Syderea polus.*

23. *tractim* legit Merula pro vulg. *tracti*, et explicat per: iugiter, continuatim.

24. *Nox — volabat. Festus: Quando.* Conf. Annal. XII. 9.

praecincta. Mediae noctis descriptio per speciem prosopopeiae; quam ideo praecinctam dixit, quia, postquam media exacta via ad summum circuli evecta est, inde quasi praecincta velocius in praeceps fertur. Praecingere enim eorum proprium, qui se itineri accingunt, ut expeditius pergant. COLUMNA.

25. *Postremae — aetas. Gell.* N. A. IX. 14. *Ab eo, quod est hic dies, tam huius dii, et*

Spero si speres quidquam prodesse potes sint

Non in sperando cupidi rem prodere summam

. . . . . prandere iubet

Horiturque *suos* . . . . . .

Insidiantes hic vigilant, partim requiescunt :
Contecti gladiis, sub scutis, ore faventes.

---

26. Eodem anno L. Aemilius Paulus Proc. ab Liguribus Ingnunis cum exercitu, induciarum tempore, contra ius gentium obsessus, per literas subsidia rogat ab Consule M. Baebio. Illa non parantur. *Spe* interim suos confirmat. 27. Et, ne animis cadant spes, quantum in se est, hortatur. 28. Nihil tum usquam auxilii videns, fortunam tentandam ratus, ad quatuor portas exercitum instruit, *prandere iubet suos*, et hortatur, ut signo dato, simul ex omnibus partibus, irruptionem facerent. 30. 31. Quidam

ab eo, quod est haec fames, tam huius famii dixerunt. Q. Ennius in XVI. Annali dies scripsit pro diei, in hoc versu: P. l. dies confecerit (Al. *quum f.*) *aetas.* Forte legendum: *Postremae longinqua dies quam fuverat aetas*, ut sit exclamatio poetae: O quam longinqua aetas fuerat, postremae diei! Quam longe duraverat postrema dies moribundo!

26. *Spero — potes sint. Festus: Speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius libro II. Et semel effugit speres ita funditus nostras, et libro XVI. Spero, si speres q. p. p. sunt.*

27. *Non in sperando — summam. Festus: Prodit, memoriae porro dat, et fallit, item ex interiore loco succedit; item perdit, ut Ennius: Non in sperando c. r. prodere summam.*

28. *prandere — horiturque. Diomedes* L. 1. *Hortatur, quod vulgo dicimus, veteres nonnulli horitur dixerunt, ut Ennius Libro XVI. Annalium. Prandere iubet horiturque. Idem in X. Horitur induperator.*

30. *Insidiantes — faventes. Philargyr.* ad Virg. Georg. IV. 280. *Ore fave est, cum religione ac silentio accede. In XVI. Ennius: Hic insidiantes vigilant, p. r. Tecti gladiis sub scutis ore faventes.* Merula restituit versus, ut eos reposui. Rutgers. Var. lect. VI. 15. *Hic insidiantes vigilant* — ut *Insiantes* sit trisyllabum.

Qui clamor oppugnantis vagore volanti

✥

Navorum imperium servare est induperantum

✥

Aestatem autumnus sequitur, post acer hiems fit,

35 . . . . . * virosque valentes

Contudit crudelis hiems . . * corpulentis

---

in subsidiis locati, contecti sub scutis, taciti et silentio imposito. 32. Bina quum castra Ligurum essent, exsaciati cibo vinoque adspersi, et inordinati inde exeunt. Ita impetiti a Consule, clamore pariter omnium, qui in castris erant, sublato, in castra trepida fuga compelluntur, quibus paullo post exuti, obsidibus datis, in deditionem veniunt. 33. Anno DLXXIII. Celtiberi Romanum exercitum in saltu Manliano invadunt. Exortos tumultus Flaccus magna dexteritate sedat. Ingerunt se hostes, cuneo impressionem facientes, turbant legiones. Flaccus equo advectus ad legionarios equites, ecquid auxilii in illis esset, rogat. Acclamant undique: ederet, quid fieri vellet; *non segniter imperium imperatoris se exsecuturos.* Iubet ille, duplicarent turmas duarum legionum, et equos permitterent in cuneum hostium. Dicto parent, cuneum dissipant, caedunt fugantque hostes. 34. Anno DLXXIV. in Hispania L. Postumius Albinus Propr. in Vaccaeos per Lusitaniam proficiscitur. Tib. Sempronius Gracchus, itidem Propr. in ultima Celtiberiae penetrat. 35. *Hiems eo anno acris* — multos milites frigore necat; 36. Saevit praecipue in corpulentes.

32. *Qui clamor — volanti. Festus: Vagorem pro vagitu Ennius libro XVI. Qui clamor oppugnantis vagore volanti.* Al. *cui clamas.* Male *vagare* legit Lambin. ad Lucret. I. 576.

33. *Navorum — induperantum. Festus: Navus celer ac strenuus. Ennius libro VI. Navus repertus homo Graio patre, Graius homo, rex. Et libro XVI. Navorum i. s. e. i.*

34. *Aestatem — hiems fit. Serv.* ad Virg. Aen. VI. 685. *De foeminino aceret alacer nunquam dicitur, licet Ennius dixerit: A. a. s. post acer hiems fit. Prisciar.* L. V. Conf. ad Ann. XII. 3. *Ennius in XVI. A. a. s. p. a. hiems.*

35. *virosque — hiems.* Idem libr. X. docens penultimam in *contudit* productam esse, absque tamen libri nomine vel numero.

26. *corpulentis. Festus: Corpulentis Ennius pro magnis dixit.* Postea *corpulentus* pinguis. Conf. Dacerium.

* Flos veterum . . . . . .

88 . . . . . * hebem . . . . . .

37. Flos veterum legionum fere occisus hieme. 38. Reliquos morbus angit, ut hebetes fiebant.

37. *Flos veterum.* Serv. ad Virg. Aen. VIII. 500. *Ennianum*, ait.

38. *Hebem.* Charis. I. *Hebem.*

Ennius XVI, ubi Fl. Caper: non ut adiunctive, sed appellative est locutus. Hebem pro hebetem.

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

(AB URBE CONDITA DLXXV — DLXXVI.)

1 . . . . . metari,
. . . . . * grumam dirigere *iubet.*

1. Anno DLXXVI. Ti. Sempronio Graccho consuli Sardinia obvenit; ibique, re prospera gesta, ne semper rebellandi et defectionis haberent occasionem insulani, loca aliquot munitiora demolitur. C. Claudius Pulcer collega Istriam est sortitus. Hic, praemissis in provinciae suae fines, duumviro navali C. Furio, cum multo commeatu, navibus, sequitur cum legionibus, et castra *metatus* et per mensores *grumatus*, loca maxime sibi opportuna, V millia passuum a mari, capit. In portu emporium brevi perfrequens factum, omniaque hinc in castra supportabantur, et quo id tutius fieret, stationes ab omnibus castrorum partibus circumdatae erant. In Istriam cohors Placentina opposita inter mare et castra. M. Aebutius trib. militum secundae legionis duos manipulos adiicere iussus est. T. et C. Aelii tribb. mil. le-

1. *Metari. Festus: Metari castra dicuntur, quod metis diriguntur *** a*cariore ***perventura ** quod ** dicare ait. Ennius ****

2. *Grumam. Nonius: Grumae sunt loca media, in quae directae quatuor congregantur et conveniunt viae. Est autem gruma mensura quaedam, qua*

Concava sub montes late specus intu' patebat

✿

. . . . potes apte pigre suffere laborem

✿

Non possunt mussare boni, qni facta labore
Nixi militiae peperere . . . . . .

✿

---

gionem tertiam, via, quae Aquileiam fert, duxerant. Ab eadem regione M. ferme passuum castra erant Gallorum; Carmelus rex eorum pro Regula erat tribus millibus armatorum. 3. Istri ut primum ad lacum Timavi castra sunt Romani mota, ipsi *post collem occulto loco et specu* consederunt, et inde obliquis itineribus agmen sequebantur, in omnem occasionem intenti. Neque multo post invalidiores stationes aggressi, caeteros in castra fugant, quibus cum ignominia relictis, a plerisque, interfecto M. Licinio Strabone tribuno mil. ab Istris, ad mare decurritur. Trepidatione aliquantum sedata, referuntur ab mari hostes versum signa; instigant se invicem Romani, castra recipi facile posse; 4. Istros *non posse apte* et commodo *pigre* atque ignavia *sufferre laborem* militarem; 5. Indecorum esse addunt: mussare et cum ignavia quadam hostem timere bonos, fortes et strenuos milites, quos iam sua militiae gesta nobilitarunt. 6. Omnibus momentis, sive die, sive nocte, sive mox, sive quum res tandem invitat, captandam esse

flexae viae ad lineam dirigunt, ut est agrimensorem et talium. Ennius libro XVIII. (al. XVII.) *grumam dirigere, dixit. Degrumari vero Lucil. libro III.* etc. Sic sine dubio Nonii locus legendus, ut et Mercerio visum. Merula in Ennii loco, legit tantum: *grumari*, illud explicans per *dirigere*.

3. *Concava — patebat. Nonius: Specus genere masculino. — Feminino, Ennius Annalium libro XVII. Concava sub montis late sp. i. p.* Al. leg. *Concava sub montis latere specus i. p.*

4. *potes — laborem. Nonius: Pigne* (l. pigre) *Ennius libro XVII. potestate pigne subferre laborem.* Al. *post aetate pigret s. l.* — Merula versum restituit.

5. 6. *Non possunt — peperere. Philargyr.* ad Virg. Georg. IV. 188. *Mussant, murmurant; quae vox ponitur et in tacendi significatione ut apud Ennium in XVII. Non p. mussare boni qui factam labore Enixi militiam p.* — Versus restituit

Si luci, si nox, si mox, si quum data sit frux

quem non virtutis egèntem

consiluere,

10 * pausam fecere fremendi.

Signa canunt . . *spiras legionibu' nexunt,

*It eques et plosu cava concutit ungula terram;

---

hostes invadendi occasionem. 8. Indecorum esse, quod miles Romanus, quem non virtutis egentem esse, et se exhibuerit toties, hostes timeret. 9. Quibus auditis, ii, qui periculosum esse, reverti, iudicarant, consiluere et pausam fremendi fecere.

11. Summa militum alacritate adhortatio audita est. Hinc L. Atius tribunus legionis secundae primus suos ad certamen contra vino somnoque mersos Istros ineundum exstimulat. Inde T. et C. Aelii tribuni militum legionis tertiae, cum equitatu advenìunt. Signa canunt, cum *toto exercitu* Consul sequitur. 12—

Dousa in Plaut. explicat. IV. 14. Conf. et Rutgers. Var. lect. VI. 15.

7. *Si luci — frux. Priscian.* L. VI. *Frux etiam frugis facit genitivum, quia ἀπὸ τοῦ φρύγω verbo graeco, nascitur. Ennius in XVII. Si l. s. n. s. i. d. s. frux.*

8. *quem non virtutis egentem. Serv.* ad illa Virg. XI. 28. — *quem non virtutis egentem Abstulit atra dies* — Ennii hemistichium esse notat.

9. *Consiluere. Festus: Consiluere Ennius pro conticuere posuit.*

10. *pausam fec.. fremendi. Varro* L. L. VI. citat ex Ennio suppr. libro. Alibi Ennius in Scipione: *Et Neptunus saevus undis asperis pausam dedit.* Pausum a παύω derivare, non dubium.

11. *Signa canunt. Varro* L. L. VI. *Canes, quod latratu signa dant, ut signa canunt.* Ennii hemistichium esse putat Scaliger Coniect. p. 119.

spîr es — nexunt. Festus: Spira dicitur basis columnae. — Ennius quidem hominum multitudinem ita appellat, cum ait: spiras legionibus nexunt. Graecum verbum iterum poeta intulit, nam secundum Hesychium: σπεῖρα, πλῆθος, στράτευμα, ταγμάτα, appellantur. *Spiras* interpretatur Dacerius, cohortem, ordines.

12. *It eques — terram.* Citat *Macrob.* Sat. VI. 1. e libro XVII. Ennii committens Virgilii Aen. VIII. 596: *Quadrupedan-*

* Tollitur in coelum clamor exortus utrimque;
* Concurrunt veluti venti, quom spiritus Austri
Imbricitor, Aquiloque suo cum flamine contra
Indu mari magno fluctus extollere certant.
* Undique conveniunt, velut imber, tela Tribuno
Configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,
Aerato sonitu galeae; sed nec pote quisquam
Undique nitendo corpus discerpere ferro.
Semper abundantes hastas frangítque quatitque;
Totum sudor habet corpus, multumque laborat;
Nec respirandi fit copia, praepete ferro
Istri tela manu' iacientes sollicitabant.

---

19. Ventum ubi est ad capta castra, tollitur utrimque in coelum clamor. 20 — 24. Undique conveniunt, crebrae quatiuntur et

te putrem, sonitu quatit ungula campum. — *plosu* pro plausu.

13. *Tollitur—utrimque.* Idem eod. ex eodem, ad Virgilii Aen. XI. 740: *Tollitur in coelum clamor, cunctique Latini.*

14 — 17. *Concurrunt — certant.* Citat idem VI. 2. e libro XVII. ubi Virgilius: Aen. II. 416: *Diversi magno ceu quondam turbine venti Confligunt Zephyrusque Notusque et laetus Eois Eurus equis.*

16. *Imbricitor* ὀμβρόφορος, *imbricus* Plauto, i. e. imbres conciens.

17 — 24. *Undique — sollicitabant. Macrob.* Sat. VI. 3. recitatis Homeri ex Iliados *II.* 102. versibus subscribit; *Hunc locum Ennius in XII.* (lege XVII.) *ad pugnam C. Aelii Tribuni his versibus transfert: Undique c. v. i. t. T. Configunt p. t. h. u. Aerato s. g. s. n. p. q. Undique n. c. d. f. Semper a. h. f. u. Totum s. h. c. m. l. Nec. r. f. c. p. f. Istri t. m. i. sollicitabant.* Ennius Homerum exscripsit: Αἰάς δ' οὐκέτ' ἔμιμνε, βιήξετο γὰρ βελέεσσι Δάμνα μὲν ζηνός τε νόος, καὶ τρῶες ἀγαυοὶ βάλλοντες, δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ Πήληξ βαλλομένη κανακὴν ἔχε, βάλλετο δ' αἰεὶ et quae seqq. Virgilius Ennium, in Aen. IX. 807 usq. ad finem.

21. *Abundantes.* Castricomius legit *adundantes*, Pontanus: *obundantes*, per metaphoram de littoribus.

23. *praepete ferro.* Conf. Gell. N. A. VI. 6. Praepes ferrum et volatile telum eadem

Arma sonunt, fremurque oritur . . . .

. . . . . magna ossa, lacertique
Apparent homini . . . . . .

. . . . . neque corpora firma
Longiscunt quidquam . . . . . .

Quum sola est, eadem faciunt longiscere longe

franguntur hastae; parmae configuntur, tinniunt hastilibus umbones. Prae ceterorum autem clara fuit C. Aelii tribuni pugna.

25. Pugnatur non diu. Istri, qui modice vinosi erant, fugiunt; aliis somno mors continuatur; ibi magna hostium corpora, magni cum admiratione lacerti apparebant. 27—28. (Videtur poeta Romanos cum Gallis comparare; illorum corpora, quod firmioris compagis et solidioris, non facile longiscere; secus fieri in Gallorum corporibus, quae a cute laxiora et igitur eo potius longiscere possent.) Romani sua omnia integra, praeterquam quod vini cibique absumtum erat, recipiunt. Ad octo millia Istrorum sunt caesa; captus nemo. Rex Carmelus temulentus ex convivio raptim a suis in equum impositus, fugit. Istri, postquam alterum consulem cum novo exercitu advenisse audirent, passim in civitates sunt dilapsi.

sunt. Videtur hoc loco ablativus pro dativo positus esse; nisi si potius verba illa *praepete ferro* ad Istrorum tela, quae sequuntur, referendum sit, id quod suspicor. Dousa.

25. *Arma sonunt — oritur.* *Varro* L. L. V. excitat haec verba suppresso auctoris et operis nomine. Conf. tamen ad Annal. VIII. 11.

26. *magna ossa — homini.* *Macrob.* Sat. VI. 1. citat ex Ennii (al. Lucilii) libro septimo decimo; ubi Virgilius Ennium exprimens. — *magna ossa lacertosque Extulit.* Aen. V. 422.

28. 29. *Neque corpora firma — quidquam.* Citat *Non.* s. v. *longiscere*, e libro XVII. Ennii, ut et

29. *Quum — longe*, ex Ennio suppresso libri nomine. Longiscere interpretatur Nonius per longum fieri vel frangere.

QUINTI ENNII
ANNALIUM
LIBER DECIMUS OCTAVUS.

(AB URBE CONDITA DLXXVII—DLXXXI.)

1 . . . . . terrai frugiferai

1. Priusquam me ad explicationem huius Annalium ultimi libri convertam, pauculis disserendum est de loco Gellii N. A. XVII. 21., apud quem scribit M. Terentius Varro, Ennium poetam natum Q. Valerio et C. Manilio Cos., eumque, quum septimum et sexagesimum annum ageret, duodecimum Annalem addidisse, idque ipsum Ennium in eodem libro dicere. Primum monendum est, ut iam ad librum VI. 2. notavi, non recte dici a Varrone, librum quendam Annalibus suis addidisse poetam, quos ipse auctor continenti scriptura et unico volumine absolverat, quodque multo post tempore Vargonteius in XVIII. libros erat partitus. Verisimile vero, Varronem voluisse, illa, quae postea, duce Vargonteio, coniecta in librum excitatum, ab Ennio mox septuagenario scripta. Tum vero, quod et Merula probavit, in Gellio, numerum libri Enniani corruptum esse debere, et pro *duodecimum* scribendum *duodevicesimum*. Nam quid *addere* est, nisi ceteris *in fine* quasi et postremo loco adiicere, praeterquam quod Vargonteius, non solum ea quae Ennius secundum suam partitionem prioribus undecim libris absolverat, duodecimo clausit libro, sed reliqua sex aliis libris sequentibus inseruit, ita ut undecimus liber nullo modo ultimus fuerit, cui *duodecimus* additus esset, cum undecimum adhuc liber XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. exciperet. Quodsi igitur Ennius sexagesimo septimo aetatis anno, partem aliquam

1. *terrai frugiferai*. *Charis.* L. I. suppresso auctoris nomine, quod tamen Ennii hemistichium fuisse, haud dubitandum. Carpit enim Ennium et Martialis XI. 90. 5., cum dicit: *Attonitusque leges terrai frugiferai* (Ennii) *Attius et quicquid Pacuviusque vomunt.*

Contemsit fontes, quibus exerugit aquae vis

. . . Melos . . . . . ,

. . . . . tellusque perusta

Illuc duxit aquas . . . . . .

. . . . . intus aquaï frugiferaï

poemati suo adiecit, necesse est, hanc partem, apud Vargonteium non librum duodecimum, sed duodevicesimum constituisse. Quae autem libro hoc ultimo continebantur, incertum. Merula putat, non tam res a populo Romano gestas inibi, quam vitam suam descripsisse Ennium. Quod, me iudice haud probari potest, cuius si quae adiecit, quod poeta fecit, eum et, quae usque ad annum, quo istam partem adiecit, gesta essent, narrasse, titulus operis, quippe Annales dictum, clare indicet. Puto igitur materiam huius libri ita dispositam fuisse, ut poeta primum decinerit, quae usque ad suae aetatis annum LXVI. gesta essent, tum, enarrasse, quo aetatis anno illa composuerit, inde occasionem quaedam de vita sua adstruendi nactus, deinde more poetarum, vota pro incolumi reipublicae statu adtulerit. — Quae igitur sequuntur a v. 1—9. pertinuisse videntur ad legationem a Cleopatra regina Aegypti Romam missam, de Antiochi regis perfidia se conquerente; qua occasione poeta quaedam de naturali Aegypti situ docuerit, scilicet, 1. quod terra fertilis esset; 2. Aegyptii fontes contemserint, salutem suam 3. ponentes in Nilo, 4. 5. exustam terram fertilem reddendo, 6. per inundationem aquarum. 7. ita ut tem-

2. *Contemsit — vis.* Incertus Grammaticus atque pervetustus ex bibl. Carbonaria Neapolit. asserens, verbum ab erugo principali derivare, hunc Ennii versum adducit. Columna.

3. *Melos.* Serv. ad Virg. Aen. I. 745. *Sane Atlas graecum est, sicut et Nilus. Nam Ennius dicit, Nilum Melotem vocari et Atlantem Telamonem.* Conf. et eund. ad Geo. IV. 291. Festum v. Melos.

4. *tellusque — aquas. Scholiast.* Lucani ad Pharsal. X. 254. ed. Oudendorp. *Ennius haec de Nilo ait, quod per aestatem sol ab inferioribus aquam supra revocet, ac hinc eo tempore Nilus increscat.*

6. *intus — frugiferai.* M. Claudius Sacerdos in arte grammatica MS. affert hoc hemistichium ex Annalib. Ennii, teste Columna.

Volgus . . avium, . *in frunde fritinnit
Suaviter . . . . . * populea frus.

. . . . . *septimo et sexagesimo anno*

10. . . . . *Messapus* . . . . . .

O pietas animi! . . . . . .

Nos sumu' Romani, qui fuvimus ante Rudini

Omnes mortales sese laudarier optant,

---

pore inundationis et aves et hirundines redirent, exustam terram antea respuentes, resonaretque omne arbustum.

9. Tum dicit poeta, se haec usque ad sua tempora gesta, scripsisse sexagesimo septimo aetatis anno; nactusque inde occasionem, memorat, 10. se a Messapo rege oriundum. 11. Rudiis natum, a Q. Fulvio Nobiliore M. fil., quem semper pio animo coluit, cite Romana donatum esse. 12. Meminit, communem esse omnibus hominibus morbum, gloriae inhiare. 14. Sprevisse se militarem

7. *Volgus — avium.* Conf. ad Annal. VIII. 52.

7. *in frunde f. — suaviter. Varro* L. L. VI. corruptissime: *E sueta frendice frunde frutini suaviter.* Tentabat Scaliger: *Eiusdem* (sc. Ennii) *ab irundine — nefrende fritinni suaviter*, explicans nefrendem de puero, qui dentibus frendere sive frangere non potest. Popma: *Et a sue sueta grundire. Ab irundine, Fritinni Suaviter.* Ego: *in frunde fritinnit suaviter, sc.* hirundo. Nam *fritinnire* proprium hirundinum.

8. *populea frus.* Citat *Auson.* in Monosyllab. ex Ennio. *Populea frus* sc. resonat. Populea frus i. e. frondes populi pro arbusto positas puto.

9. *Septimo — anno.* Conf. locum Gellii XVII. 21. supra allatum.

10. *Messapus. Serv.* ad Virg. VII. 691. ubi de Messapo rege, ait: *Ab hoc Ennius dicit se originem ducere.* Inde Sil. Ital. XII. 390. *Ennius antiqua Messapi ab origine regis.*

11. *O pietas animi.* Al. *o p. amico.* Citant vero ex Ennio supp. libri nomine *Donat.* ad Ter. Eun. III. 5. *Cicer.* Acad. IV. 27.

12. *Nos — Rudini. Cic.* de Orat. III. 42. Al. *Rustilli.* Conf. Pearcium ad h. l. Loquitur de se Ennius, praedicans acceptae civitatis Romanae beneficium, quod consecutus opera Q. Fulvii Nobilioris. Citatur versus suppresso libri nomine.

13. *Omnes — cupiunt.* Citat ex Ennio *Augustinus* libro

* Adsectarei omnes cupiunt . . . . . .
. . . . . aere . . . . . fulva

. . . . . alii retorica tongent,
* Quaeruntque in scirpo, soliti quod dicere, nodum.

. . . . . oratores
Doctiloqui . . . . . .

. . . . . sanctosque poetas

---

gloriam; 15. rhetoricam laudem, 18. et oratores doctiloquos immo minoris se habuisse; quam sanctos poetas. 21. Poeseos studio

XIII. de trinitate. Vulgo *laudari exoptant.*

14. *Adsectari — cupiunt.* Citat ex Ennio suppr. opere *Priscian.* ubi notat, *adsectari* passive accipi.

15. *aere — folva. Gell.* N. A. XIII. 20. *Ennius in Annali duodevicesimo aere folva dicit, non fulva, non ob id solum, quod Homerus αἔρα βαθείαν dicit, sed quod hic sonus, opinor vocalior est visu et amoenior.* Idem II. 26. *Fulvus autem videtur de rufo atque viridi mixtus in aliis plus viridi, in aliis plus rufi habere. Sic Q. Ennius in Annalibus: aere fulvo dixit.* In ultimo loco legendum *aere fulva*, nisi diversa omnino frustilla duo Ennii: quod putem, cum in priore de *aere* (caligine et nebula,) in posteriore de *aere*, sermo esse videatur.

16. *alii — tongent. Festus: Tongere Aelius Stilo ait, noscere esse, quod Praenestini tongitionem dicant pro notione. Ennius: Alii retorica tongent. Glossar.* Fornerii *Tongere εἰδεῖν Ennnius in XVIII.* (unde Columnae opinio refellitur, haec ad Sodaticum Ennii referentis.) Dacerius *tongere* potius a *tenere* derivatum esse putat.

17. *Quaerunt — nodum. Festus: Scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur leve et procerum, unde tegetes fiunt. Inde proverbium est in eas natum res, quae nullius impedimenti sunt, in scirpo nodum quaerere. Ennius: Quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum.*

18. *Oratores — doctiloqui.* Citat *Varro* L. L. VI. ex Ennio, sine operis mentione.

20. *Sanctosque poetas. Cicer.* pro Arch. 8. *Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono, atque munere commendati nobis esse videntur.*

Sic ut fortis equus, spatio qui saepe supremo
Vicit Olumpia, nunc senio confectu' quiescit.

ubi mille rotam volvere per annos

24 . . . . . irarumque effunde quadrigas!

---

igitur se dedisse, 21. in eoque insenuisse; ut iam nunc senio confectum se sentiret. 22. Sperare tamen se, ut post mortem, et si deus, ubi mille rotam volvere per annos, animos agmine magno ad Lethaeum fluvium, evocans in alia corpora mittat, anima sua, quae iam in Homeri fuerit corpore (Ann. I. 5. sqq.), in eius simile corpus iterum transmigret. 24. Vota deinde facit pro incolumitate reipublicae Romanae, supplicatque Iovi, ut irarum quadrigas effundat in hostes reipublicae! — Talia canens poema suum concludit.

21. *Sic uti — quiescit.* Cic. Cato mai. 5. *Sua enim vitia insipientes et suam culpam in senectutem conserunt, quod non faciebat is, cuius modo mentionem fecit Ennius: Sicut f. e. s. q. s. s. Vicit O. n. s. c. q. Equi fortis et victoris senectuti comparat suam. — Annos LXX natus (tot enim vixit Ennius) ita ferebat duo, quae maxima putantur onera, paupertatem et senectutem, ut eis paene delectari videretur.*

Gaza vertit: Ἀλλ' ἤδ' ἵππος τ' ἄλκιμος, ὃς πύματον διὰ χῶρον Ζηνὸς ὀλύμπια πατρὸς, πόλλακις ἤρρετ' ἄεθλα, Νῦν κρατερῷ δηδμημένος εὖ μάλα γήραι εὕδει. Comparatio ab equo sumta, ait Columna, ex Sophoclis Electra, apud quem Orestes ita ad Paedagogum: Ὅσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς, κἂν ἦ γέρων etc. Confert Sophocles paedagogum senem, equo generoso, qui quamvis senio confectus sit, animo tamen in rebus difficillimis non consternatus, sed aures erigit. Hinc illud extat adagium, *Equus Sophocleus*, quod de iis dicitur, qui licet effoeto iam corpore, senioque imbecilli langueant, animo tamen, iuvenili robore vigent.

23. *ubi — annum.* Virgil. Aen. VI. 743 sqq. *Quisque suos patimur manes, inde per amplum mittimur Elysium — donec longa dies perfecto temporis orbe Concretam eximit labem, purumque reliquit Aetherium sensum. — Hos omnes ubi mille rotam volvere per annos Lethaeum ad fluvium deus evocat agmine magno, scilicet immemores supera ut convexa revisant, Rursus et incipiant in corpora velle reverti.* Ubi *Servius* ad illa *mille v. v. p. a.*, ait: *Est autem sermo Ennii.*

24. *irarumque — quadrigas. Serv.* ad Virg. Aen. XII. 499. — *irarumque omnes effundit habenas*, ait: *Hic moderate locutus est. Nam Ennius ait: Irarumque effunde quadri-gas.*

FRAGMENTA

PUTATA PERTINERE AD ANNALES; QUAE TAMEN AD CERTAM SEDEM VENIRE NEQUIERUNT.

1 Iracunditer . . . . . .

. . . . . superbiter . . . . . .

. . . . . praeclariter . . . . . .

. . . . . inimiciter . . . . . .

5 . . . . . ignaviter . . . . .

Prosperiter . . . . . .

Puriter . . . . . .

1 — 15. Quae Merula sub hac classe comprehendit, ea fere omnia iam certis Annalium libris adsignata, et ad historiae leges revocata sunt. Restant igitur nil nisi quindecim sequentia, singulatim hic recensita, a Merula audacter quidem ad Annales

1 — 7. Citat illa *Priscianus* suppresso operis nomine, te- status insuper, explosa esse ab usu haecce adverbia. libro XV. et quidem ex Ennio

Ambactus . . . . . .

10 Torrus . . . . . .

. . . . . bona . . . . .

. . . . . solüi . . . . .

. . . . . viden' . . . . .

relata, quae tamen omittere nolui, ne quis iis omissis aut temeritatem nostram accussaret aut diligentiam desideraret. Recisa vero ea, quae ex aliis Ennii poematibus haud dubie petita, a Merula inter Annalium fragmenta incerta immerito collocata. Sunt enim: *Florens* (Mer. p. XXXV. 6.) de quo fragmento conf. Annal. I. 11. — *Propter stagna, ubi lanigerum genus piscibu' pascit.* (Ibid. 31.) quem versum ex Asote Ennii desumtum esse, iam recte vidit Columna; — *Armentas*, Ibid. 32. De quo fragmento videas Bothium Poet. Latii scenic. fragm. Part. I. p. 70. No. 23 — *Inlustris sublime iter* etc., (Ibid. XXXVI. 6.) quae ad tragoediam Hectoris Lustra pertinent. Conf. ibid. p. 44. No. 15. — *Septemtrio*, (Ibid. XXXVI.) rectius *Superat temo stellas* ex Iphigenia tragoedia. Conf. ibid. p. 50. No. 1. — *Forum putealque Libonis laudabo siccis, adimam cantare severis*, (Mer.

9. *Ambactus. Paullus* ex Festo: *Ambactus apud Ennium lingua Gallica actus dicitur.*" Quid velit *tò Actus*, non video. Certe *Ambactus* Ennio erat servus mercenarius. Indicat Glossarium: Ambactus, *δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος.*" Mann.

10. *Torrus. Serv.* ad Virg. Aen. XII. 298. *Torrem. Eris, nominativus hic torris, et ita nunc dicimus; nam illud Ennii et Pacuvii penitus de usu recessit, ut hic torrus, huius torri dicamus.*

11. *bona. Porphyrio* ad Horat. Serm. I. 1. *At bona pars hominum notat: bonam, magnam, ut saepe apud Ennium et alios veteres.*

12. *solüi. Varro* L. L. VIII. notans *solüi* dixisse Ennium et Catonem a *solco*, non ut vulgus *soltus sum.*

13. *viden'. Serv.* ad Virg. Aen. VI. 779. *Den naturaliter longa est. Brevem tamen posuit, secundum Ennium; et adeo eius est immutata natura, ut iam ubique brevis inveniatur.*

. . . . . salsu' sudor . . . . . .

*

15 . . . . . mundi clupeus . . . . . .

*

. . . . . mare saxifragis undis . . . .

*

. . . . decessit Olumpiu' nano

*

Milites in hastis

*

DCXXXI.), quae nullo modo ex Ennio trahi poterant cum Libonis puteal longe post eius mortem exstructum. Conf. F. C. Conradi Parerg. Libr. II. No. 2.

16 — 21. Quae sequuntur, haud comparent in editione Merulae; sed a me ipso undique conquisita sunt.

18. Ad calcem horum fragmentorum mentio inficienda quorundam suspectorum. Ad ea referrem versum: *Emicuit, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit,* quem ex Ennio ap. Serv. Aen. VI. citat Hofmann. ad Oracula Sibyllin. VIII. p. 683. edit. Gallaei, qui vero nusquam in Servio comparet, et aperte e Virg. Eclog. VIII. 106. desumtus est; tum versus Virgil. Aen. II. 567. — 88. quos ex Ennio mutuatos esse confecit Planck ad Enn.

14. *Salsu' sudor.* Serv. ad Virg. Aen. II. 173. *Hoc Ennius de Lamis* (forte: *de lacrumis*) *dixit.*

15. *mundi clupeus.* Apulei. de deo Socrat. *Suscipientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clypeo.* Sic et in Iphigenia: — *in altissimo coeli clupeo,* nisi sit unus idemque locus.

16. *mare — undis.* Habet illa *Cic.* de Orat. III. 42. sine auctoris nomine; sed proxime ante citaverat illud Ennii: *Africa terribili tremit horrida terra tumultu.*

17. *decessit — nano.* L. Caecil. Minutian. Apuleius de orthographia, ab A. Maio una cum Iuris civil. anteiustinianei reliquiis, Romae 1823. 8. editus, p. 123. *Olympius sive Olympus appellatus Iupiter. Ennius *** decessit Olympius nano. Virgilius: panditur interea domus omnipotentis Olympi.* Locum iam excitaverat Caelius Rhodigin. Antiq. lection. XX. 13. legens pro corrupto *nano, antro,* quem et secutus est Maius. Ad Codicis scripturam propius accedi videtur, si legas *nanq.* i. e. *namque.*

18. *Milites in hastis.* Cortius ad Cic. Epp. I. I. 7.

. . . . . multare . . . . . .

20 . . . . . omnes dant
Consilium vanum . . . . . .

Medeam p. 130.; deinde spurios illos ab interprete vetere Boessiano ad Ovid. Ibin. 296. (Opp. ad Burmann. T. IV. p. 69.) ex Ennio, si Diis placet, excitatos: *Oebaliden puerum quantum dilexit Apollo* etc.

ex Ennio hoc fragmentum laudat, sed unde illud depromserit, non mihi liquet.

19. *Multare. Nonius: Multare i. e. augere, compotem reddere. Naevius in Colace: Et aseri laudes ego cum votis me multatis meis, quod praeter spem, quam vellem, audiebam, hoc mihi. Ennius.* Sed tentat haec Mercerius: *Grates et laudes ago, quum votis me multatis meis quod praeter velle audebam, hoc mihi evenit.*

20. 21. *Omnes — vanum.* Citat ex Ennio *Fronto* Epist. ad Caes. Libr. II. p. 79. ed. Maii.

CNEI NAEVII

DE BELLO PUNICO

LIBRORUM SEPTEM

FRAGMENTA.

I.

CNEI NAEVII VITA.

Cneus Naevius (cognomine forte *Sanga* (Conf. Merulam ad Ennium. p. XLV.) e Campania oriundus anno u. c. DXIX. fabulas apud populum dedit. *Gell.* N. A. XVII. 21. *Cic.* Tuscul. I. 1. *Isidor.* Orig. IX. 1. Stipendia fecit bello Punico primo. *Varro* ap. *Gell.* l. c. Romae habitavit in nemoribus Naeviis, ad portam Naeviam, ab eo dictam. *Varro* L. L. IV. In fabulis suis laeserat principes reipublicae, e. g. Scipionem Africanum, his versibus:

Etiam qui res magnas manu saepe gessit gloriose,
Cuius facta viva nunc vigent, qui apud gentes solus
Praestat, eum suus pater cum pallio uno ab amica abduxit.

Gell. N. A. VI. 8. Tum Q. Caecilium Metellum Cos. anno 546, hoc versu:

Fato Romae fiunt Metelli Consules!

notans, eum *fato* Consulem factum, quod non fuisset aetatis consularis, necdum fuisset praetor. *Cic.* Verr. I. 10. ibiq. *Ascon. Paedian.* Metellus haec audiens, versum in ipsum Naevium retorsit hoc modo:

Dabunt malum Metelli Naevio poetae!

Terent. Maurus. p. 2439. ed. Putsch. *Atil. Fortunat.* ibid. p. 1679.

Et re vera ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis, Romae a triumviris in vincula coniectus est. *Gell.* N. A. III. 3. Conf. *Plaut.* Mil. glorios. 213. 214. Singulari enim duodecim tabularum lege, de qua adeas Ciceronem de re publ. ap. *Augustin.* de civ. dei II. 9. cautum erat, ne principes civitatis carmine palam laederentur. Conf. Auctorem ad Herenn. II. 13. 19. Duas in carcere scripsit fabulas Ariolum et Leontem, quibus cum delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset, e carcere a tribuno plebis exemtus. *Gell.* N. A. l. c. Mox vero factione nobilium, ac praecipue Metelli Roma pulsus, Uticam habitavit, ubi mortuus M. Cornelio Cethego P. Sempronio Tuditano Consulibus, Olymp. 143. 21. A. u. c. 548 vel 549. *Cic.* Brut. 16. *Hieron.* in Euseb. chron. Olymp. 144. Conf. Wetzel ad Cic. Brut. 18. Osann. Anal. crit. p. 43. Epigramma, unde Naevium Campanae superbiae reum agit *Gell.* I. 24., sepulcro suo incidendum reliquit tale:

Mortales immortales flere si foret fas,
Divae Camoenae flerent Naevium poetam:
Ita postquam est Orcino traditus thesauro,
Obliti Romae loquier sunt latinâ linguâ.

Praeter *tragoedias*, *comoedias*que, quorum fragmenta luculentissime nuper recensuit *Bothe* in fragm. veter. tragicor. p. 79—97. comicor. p. 9—27., tum *satiras*; laudatas a *Festo* s. v. *Quianam*, et *Horat.* Epist. II. 1. 53. scripsit Carmen *de bello Punico*, nempe primo, cui intererat, et quidem continua serie, quod tamen C. Octavius Lampadio Grammaticus in septem distinxit libros. *Sueton.* de illustr. Gramm. c. 4. Composuit illud metro Saturnio. *Fest.* s. v *Saturno.* De quo plura exagitat Herrmannus de metris Graecor. et Latin. poetar. Lib. III. p. 404—6. ed. Lips. 1796. et in eiusd. Handbuch der Metrik. Lips. 1799. p. 228—231. Tale metri Saturnii schema fingit Hermannnus:



Opus integrum saeculo forte decimo tertio adhuc exstitit, teste Cramero in: Hauschronik p. 223. Nunc nobis nihil restant nisi fragmenta, ita obscura, ut recte iudicat Merula ad Ennium p. XLIX, et tam corrupta, tam, nulla auctoris culpa, ab omnibus numeris aliena, ut quid velint, vix Apollo divinarit. Quod causam praebuisse putem, ut nemo fere operam illis inhibuerit; praeter Stephanum enim, qui ea in collectione fragmentorum poetarum, mance quidem et imperfecte exhibuit, solus G. Vossius ea edere in animo habuit, teste se in Collect. vet. Tragic. Scriverii p. 77., ubi ait: *De quibus ipse aliquando ad Naeviana illa fragmenta belli Punici.* Solus Merula illustravit quaedam in commentario suo ad Libr. I. et VII. Annalium Ennii, quaedam dein Herrmannus emendavit et ad metri leges revocavit, in libro laudato de metris, p. 404—406. Prodeunt nunc in unum quasi corpus collecta et illustrata.

II.

TESTIMONIA.

Festus v. Saturno.

Versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, *Saturnii* appellantur quibus et a Naevio bellum Punicum scriptum est.

Cicero de senect. cap. 14.

Quam gaudebat bello suo Punico Naevius, quam Truculento Plautus, quam Pseudolo!

Idem Bruto cap. 19.

Atque utinam exstarent illa carmina, quae multis saeculis ante suam aetatem in epulis esse cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus in Originibus scriptum reliquit Cato. Tamen illius, quem in Vatibus et Faunis enumerat Ennius, bellum Punicum, quasi Myronis opus delectat. Sit Ennius sane, ut est certe, perfectior; qui si illum, ut similat, contemneret, non, omnia bella persequens, primum illud Punicum, acerrimum bellum reliquisset. Sed ipse dicit, cur id faciat. *Scripsere*, inquit, *alii rem Versibus* [*quos olim Fauni Vatesque canebant. Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat, nec dicti studiosus erat*]. Et luculente quidem scripserunt, etiamsi minus, quam tu polite. Nec vero tibi aliter videri debet, qui a Naevio vel sumsisti multa, si fateris; vel si negas, surripuisti.

Sueton. de illustr. gramm. c. 2.

Hactenus tamen [*Graecos grammaticos imitati sunt Latini*], ut carmina parum adhuc divulgata vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent, ac legendo commentandoque etiam ceteris nota facerent; ut Caius Octavius Lampadio Naevii Punicum bellum, quod uno volumine et contenti scriptura expositum, divisit in septem libros.

CNEI NAEVII
DE BELLO PUNICO
LIBER PRIMUS.

1 Qui terrai Latiai tuserunt homones
Veires frudesque Poenicas, fabor . . . .

Series poematis. Antequam poeta bellum ipsum caneret, eum urbis Romae ut et Carthaginis primordia exposuisse, ipsa fragmenta docent. Sat amplum igitur prooemium praemisit, eo forsan animo, ut originem utriusque populi, Romanorum et Poenorum enuclearet, indeque, quantis viribus ambo in hoc bello experti fuissent, demonstraret. Ultro hos fines saltem narrationem de primordiis utriusque civitatis haud excessisse, inde palam est, quod in uno eodemque libro secundo, expositis Carthaginis originibus, statim ad initium belli ipsius pertexatur oratio.

1. 2. Poeta exorsus declarat, se velle canere res gestas Romanorum in bello contra Poenos; 3. Musas invocans, ut coeptui fa-

1. *Qui terraï — fabor.* *Calpurn. Piso* Ms. de continent. vet. poet. Lib. I. quo loco de artificiosis eorum exordiis: *Cn. Naevius bello Punico primo immoraturus, canit, ut solent illo aevo: Qui terrai Latiai omnones tuserunt, viros rudesque Poenica fabor.* Locum emendavit Merula ad Enn. p. XLI. sqq. geminans vocales longas, ideoque provocans ad verba Victorini Afri de Orthograph. *Naevius et Livius, cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebant.* Scaliger tentavit: *Quei terrai Latiai emones tuserunt Vires rudes, quei Poinei, ecfabor.* — *tuserunt* i. e. pulserunt. Merula mallet *Latiei* pro *Latiai.*

2. *Veires frudesque Poenicos,* vires fraudesque Poenorum i. e. fraudulosos Poenos.

* Novem Iovis concordes filiae sorores

❁

Quod brutei nec satis sardare queunt,
* Plereique omneis subiungunt sub suum iudicium

❁

. . . . . *stipendia* . . . . . .

❁

Nec satis resarire . . . . . .

❁

. . . . proficiscente Hectore, tunc ipsos

---

veant. 4. Exponit deinde, qua occasione permotus illud tractaverit bellum; scilicet quod eius causae a stultis haud satis intellectae essent, et quod 5. plerique omnes pro sui ingenii modulo, quae in bello gesta fuerint, diiudicassent. 6. Rationem conaminis inde petit, quod ipse in eo bello stipendia fecerit, et, tanquam testis oculatus meliora edocere possit, quam hi; 7. Sperat tamen, in ipsa carminis compositione, haud parvam excusationem inde habiturum, quod non satis aperire potuerit Musarum fores.

8. Pergit porro ad recensendas origines Romanorum et urbis

8. *Novem — sorores.* Victorinus de Saturnio metro: *Apud Naevium: Novem l. c. f. s.* Iunxit Musas, quas Iovis filias designat, aliis filiae Pierii regis Macedoniae. Subaudi: favete mihi.

4. *Quod brutei — queunt.* Festus: *Sardare, intelligere significat Naevius belli Punici libro: Quod bruti n. s. sardare queunt.*

5. *Plerique — iudicium.* Donat. in Terent. Andr. Act. I. Sc. 1. citat e *bello Punico Naevii.* Al. edd. *Plerique omnes subiguntur sub s. iudic.*

6. *Stipendia.* Gell. Noct. Att. XVII. 21. *Naevium M. Varro in libro de poetis primo, stipendia fecisse ait in bello Punico primo, idque ipsum Naevium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit.*

7. *Nec satis resarire.* Varro L. L. VI. *Naevius in bello punico: Nec satis resarrire, Ab serra dictum i. e. aperire;* ubi vide Popmam, qui supplet *r. potuisse Musarum fores.*

8. *proficiscente — nuncium.* Priscan. L. VIII. *Adoriant veteres dixerunt pro adoriantur. Naevius in libro III.* (lege I.) *Hectore proficiscente tunc ipsos adoriant, n. q. h. S. r. n.* Merula legit: *tumidos* i. e. superbos, subaudi Graecos. Vos-

Adoriant, ne quis hinc Spartam referat nuncium

✿

At posteaquam avim de templo Anchisa spexit,
Sacra ordine in mensa Penatium Deorum
Ponuntur, victimam auream polcram immolabat

✿

Ei venit in mentem homonum fortunas

✿

Ubei foras cum auro illic exibant,
. . . . . eorum
Sectam sequuntur multi mortales . . . .
Multei aliei ex Troia strenuei virei . . . .

✿

Romae, inde a bello Troiano. Extremas enim Troiani vires colligentes, ductu Hectoris, adoriuntur Graecos, cupientes eos ita caedere, ut nemo supersit, qui hunc nuncium Graeciam referat. — Vincuntur tamen, capiturque Troia. 10. — 12. Anchises rebus perditis consilium capit fugae. Augurium servat prosperum, postquam avim de templo arcis adspexit, sacrificium instituit. Sacra ponuntur in mensis Penatium ordine suo; ipse victimam pulcram, auratis cornibus, immolat. 13. Venit ei enim in mentem, servatorem se esse fortunae civium. — 14. Re peracta fugit cum Aenea. 15. 16. Eorum exemplum sequuntur multi homines, 17. et

sius ad Scriver. collect. vett. Tragic. p. 75. putat, versum e tragoedia Naevii, Hector inscripta, desumtum esse.

10. *At—immolabat.* *Probus* ad Virgil. Ecl. VI. — citat illa e libro III. Naevii, sed corrupto numero. Versus restituit Scaliger. —

12. *auream*, auratis cornibus insignem; ut saepe apud Homerum. Conf. Odyss. III. 426.

13. *Ei venit — fortunas.*

14 — 17. *Ubei — virei.* *Servius* ad Virgil. Aen. II. 797. *Sane adamat poeta ea quae legit, diverso modo proferre. Naevius belli Punici primo de Anchisa et Aenea fugientibus haec ait: Eorum sectam sequuntur multi mortales. Ecce hoc est: Invenio admirans numerum* (Virgilii 797.) *Multi alii e Troia strenui viri — Ecce hi sunt: Animis parati.* (Virg. 799.) *Ubi foras cum auro illic exibant: Ecce: Opibus instructi* (ap. Virgil. l. c.)

. . . . . amborum
Uxores noctu Troade exibant capitibus
Opertis, flentes ambae, lacrumis cum multis.

Aeneas

Prochytam

O socii, neque enim ignari sumus ante malorum,
O passi graviora; dabit deus his quoque finem!

Venus

---

multi alii ex Troia viri fortes. 18. Anchisae et Aeneae uxores noctu Troia exibant, tectis capitibus et flentes.

21. Aeneas unam navem tantum habens, quam Mercurius fecit, ad Italiam appulit, novas ibi sedes quaerens. 22. Prochyta insula nomen a cognata Aenea ibi accepit. 23. 24. Ceteris navibus, tempestate distractis, perculsos socios consolatur Aeneas; 25. Poeta h. l. induxit Venerem, verba pro Aeneae salute ad Io-

18. 19. *Amborum — multis. Idem* ad Virgil. Aen. III. 10. *Amat poeta, quae legit, immutata aliqua parte vel personis, ipsis verbis proferre. Naevius enim inducit uxores Aeneae et Anchisae cum lacrimis illum relinquentes, his verbis: Amborum uxores noctu Troiade exibant, capitibus opertis, flentes ambae, abeuntes lacrymis cum multis.* Versus emendavit post Herrmannum de metris. L. III. p. 404. Bothius in fragm. Trag. p. 96., qui, *abeuntes*, ait, putida explicatio est, posita in proximis verbo *exibant*. Herrmannus habet: — *amborum uxores noctu Troia exibant Capitibus opertis, flentes ambae, lacrumis multis.*

21. *Aeneas. Serv.* ad Virg. Aen. I. 174. *Novam tamen rem Naevius bello Punico dicit, unam navem habuisse Aeneam, quam Mercurius fecerit.*

22. *Prochytam. Idem* ad Virg. Aen. IX. 715. *Prochytam Naevius in primo belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse dicit.*

23. 24. *O socii — finem.* Verba Aeneae apud Virgil. Aen. I. 202. ubi Servius: *Et totus hic locus de Naevio belli Punici lib. translatus est.*

25. *Venus.* De oratione Ve-

. . . . . *Sibyllam Cimmeriam* . . . . .

vem facientem, ut scilicet felicem eventum rebus suis concedat, quas preces Iupiter exaudiit. Conf. Virgil. Aen. I. 233. sqq. 26. Aeneas Sibyllam Cimmeriam adit, eam de coeptis suis eventu interrogaturus.

neris ap. Virgil. Aen. I. 233. sqq. conf. *Macrob.* Sat. VI. 21. Sumpta autem illi videtur ex Naevii primo lib. belli Punici. Ait enim: *In principio Aeneidos tempestas describitur et Venus apud Iovem queritur de periculis filii, et Iupiter eam de futurorum prosperitate solatur; hic locus totus sumtus a Naevio, et est ex primo libro belli Punici.*

26. *Sibyllam Cimmeriam. Lactant.* Divin. Inst. I. 6. 9. *Quartam Cimmeriam Sibyllam in Italia, quam Naevius in libris belli Poenici nominat.* Eam adiit Aeneas teste Aurel. Vict. Orig. gent. Rom. 10.

CNEI NAEVII
DE BELLO PUNICO
LIBER SECUNDUS.

1 Blande et docte percontat, Aeneas quo pacto
Troiam urbem liquerit? . . . . . .

. . . . . *Romulum* . . . . . .

. . . . Aventinum . . . . . .

1. Latinus Aborigînum rex, advenas miratus, blande et docte percontabatur, qua ratione Aeneas Trojam reliquisset. Fata sua narravit Aeneas, et in affinitatem ejus venit. 2. Filia Aeneae Ilia, ex qua nepos ejus Romulus, conditor urbis Romae. Urbs in collibus aedificata, inter quos 3. Aventinus et 4. Palatinus;

Blande — liquerit. Nonius sub v. *Perconto*: *Naevius libro II. belli Punici*: *Blande et docte percontat Ennius q. p. T. u. reliquisset.* Idem in *linquo*: *Blande et docte percontaris q. p. T. u. liquerit.* Versum restituit Hermannus. *Ennius* ridicule, cum post Naevium floruerit. Lipsius legit: *p. em* (i. e. eum) *qua p.* Conf. Carrion. antiq. lect. III. 10. Gruteri fac crit. III. 75. Merulam ad Enn. p. 1.

3. *Romulum.* Serv. ad Aen. I. 277. *Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis fuisse, Naevius et Ennius tradunt.* Conf. ad Enn. Annal. I. 39.

4. *Aventinum.* Varro L. L. IV. *Aventinum ab avibus dictum, quod eo se ab Tiberi ferrent aves, Naevius ait.*

5 Balantium . . . . . * oppidum.

✿

Quam liquidam *trahit sublicio ponte* aquam

✿

. . . *Anna* . . . *Dido* . . . ,

✿

Honerariae honustae stabant in flustris,
*Magnamque domum, decoremque ditem vexerant.

✿

---

tum Circus. 5. Ibi Tiberis fluvius, qui liquidam aquam sub ponte sublicio trahit. — Quae sequebantur, nullis conjecturis assequi possumus; verisimile tamen, poetam edixisse, quibus modis res Romana creverit; quibusque viribus instructa fuerit, cum bellum contra Poenos initium traxerit.

Pergit poeta ad enarranda primordia Carthaginis. 7. Docet, Annam et Didonem filias fuisse Agenoris ex Belo orti, cujus frater Pygmalion Didus maritum Sichaeum occidit, quae ea re profuga Africam petiit, et ab incolis regionem aliquam impetravit, quam Carthadas i. e. novam urbem appellavit, e quo nomine Graecorum Carrhedon, et Romanorum Carthago evenit. 8. Civitas postea maxime crevit, onustae semper naves onerariae in mari erant, virosque divites et decoros vehebant.

5. *Balansium.* Idem eod. *Balantium Naevius nominavit Balatium, a pecore.* — *Oppidum. Varro* ibid. *In circo primo, unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres; Naevius oppidum appellavit — quod a muri parte, pinnis turribusque, carceres olim fuerunt.*

6. *Quam — aquam.* Festus: *Sublicium pontem. — meminit sublicii pontis et Naevius, qui ait in belli Punici libro *** quam liquidum **** amnem.* Alii supplent: *quum liquidam tranat sublicio ponte amnem;* et intelligunt versum de Horatio Cocli te, cuius tamen, qua ratione hoc loco mentio fieri potuisset, ignoro.

7. *Anna — Dido.* Serv. ad Virg. Aen. IV. 9. *Cuius filiae fuerint Anna et Dido, Naevius dixit.*

8. *Honerariae — flustris.* Ms. Oxoniense de rerum natura, cuius fragmentum publicavit Iac. Grohovius ad calcem Suetonii: *Flustra, motus maris sine tempestate fluctuantis. Naevius in bello Poenico, in inscriptione (?) quod ait sic: H. h. st. i. flustris, ut si diceret, in salo.*

9. *Magnamque — vexerant* Priscian. L. VI. *Invenitur ta-*

Scopas atque verbenas sagmina sumserunt

✥

Maniu' Valerius Consul partem exerciti
In expeditionem ducit . . . . . .

✥

. . . inerat *novae classi* signa expressa
Titani quomodo, et bicorpores Gigantes,
Magnique Atlantes, Rhuncus ac Purpureus, filii

---

10. Transibat poeta ad aperiendas causas belli cum Carthaginiensibus. Eas vide ad librum Ennii septimum, ut et descriptionem belli ipsius, quam hic repetere piget. Ea igitur tantum attingenda, quae ad illustrandos singulos Naevii versus conferunt. — Romanorum legati bellum Carthaginiensibus indicunt, pro more tradentes scopas atque verbenas. 11. Anno U. C. CCCCLXXXIX M'. Valerius et M. Otacilius Consul in Siciliam proficiscuntur cum exercitu, Poenosque aliquoties vincunt. Carthaginienses tamen classibus suis ora maritima infestant. 12 — 20. Inde Romanis

men etiam simplex Decor Decoris, penult. correpta apud vetustissimos, quando pro Decorus Decorā Decorum accipitur. Naevius in carmine belli Punici Magnamque domum decoremque direm vexerant.

10. *Scopas — sumserunt. Festus: Sagmina vocantur verbenae, i. e. herbae purae, quia ex loco sancto arcebantur a Consule Praetoreve, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum, vel a sanciendo* i. e. *confirmando. Naevius: Scopas atque verbenas sagmine sumpserunt.* Scopae i. e. iunci. Bothe fragm. Com. p. 25. legit: *Scabos atque e verbend sagmina sumserunt*, ut sit iambicus senarius.

11. *Maniu' — ducit. Charis. Exercitipro exercitus. Naevius libro II.* (al. I.) *belli Punici: Mareus* (l. Manius) *V. c. p. exerciti i. e. ducis.*

13. *inerant — terras. Priscian. Titani pro Titanes, et terras pro terrae. Naevius libro I.* (lege II.) *belli Poenico: Inerant signa expressa, quomodo Titani bicorpores Gigantes, magnique Atlantes, Rhuncus atque Purpureus, filii terras.* Metrum constituit Herrmannus.

14. *Gigantes.* Terrae et Tartari filios dicunt Hyginus et Claudianus, Coeli et Terrae Orpheus et Aeschylus, tum Apollodor. bibl. I. 1.

15. *Atlantes* nonnisi in hoc Naevii versu occurrunt. Idem videntur esse, qui Gigantes. Merula legit versum: *Mimas, Ephialtes, Phoitus atque Purpu-*

Terras . . . . . .
* Silvicolae homoones belli inertes . . . .
* Prima incedit Cereris Proserpina puer,
* Dein pollens sagittis, inclutus Arcitenens,
Sanctusque, Delphis prognatus, Pythius Apollo.

. . nautae vovent Neptuno puniceum supparum,
* Pulcramque ex auro, vestemque citrosam.

propositum fabricandae classis. Classis fabricatur, navibus singulis insculpuntur signa Gigantum, Deorum Dearumque (Anno CCCCXCII.) — 21. 22. Nautae vovent Neptuno vestem praeclaram auratam, et citriorum odore imbutam.

reus, rejectis *magnis Atlantibus*. Conf. ad Enn. p. LI. Purpureus idem qui Graecis Porphyrion.

17. *Silvicolae — inertes*. *Macrob.* Sat. VI. 5. citat e libro primo Naevii de bello Punico. Sed numero corrupto.

18. *Prima — puer*. *Priscian.* L. VI. *Hic et haec puer vetustissimi protulisse inveniuntur. Naevius libro secundo: Prima i. e. P. puer. Nestor* in Gloss. eadem citat e Naevio bell. Pun. libro VI. numero corrupto. Charisius L. I. observat, puer et in feminino seru ab antiquis dictum esse, ut Graecis ὁ παῖς et ἡ παῖς. Sic Livius Andronicus in Odyssea: *mea puer, mea puer, quid verbi ex tuo ore profugit.* Conf. Homer. Odyss. I. 45, quem versum Livius expressit. Idem: *Sancta puer, Saturni filia*, regina; expressum ex Odyss. IV. 495. Addit tamen Charisius, M. Terentium Varronem contra alios putare, non *puer* sed *puera* dictum fuisse, Livii Andronici temporibus.

19. 20. *Dein — Apollo*. Citat *Macrob.* Sat. VI. 5. e libro secundo Naevii de bello Punico.

21. *Supparum*. *Festus: Supparus dicebatur puellare vestimentum lineum. — Supparum puniceum vestimentum vocat Naevius de bello Punico, et in nautis vocat Neptuno vestem consecratam supparum.* Festi verba corrupta.

22. *Pulcramque — citrosam*. Affert ex Naevii bello Punico *Isidorus*. *Macrobius* autem Sat. III. 19. duo tantum postrema verba profert, *citrosam vestem*.

CNEI NAEVII
DE BELLO PUNICO

LIBER TERTIUS.

1 Senex fretus pietate Deum, adloquutus summi
Deum regis fratrem Neptunum, regnatorem
Marum . . . . . .

Iovem patrem suum optimum appellat supremum
5 . . * Lucetium: . . * summe Deum regnator,

1. Classi praeficitur C. Duilius, qui suos ad pugnam hortatus precat Neptunum, ut sibi faveat; 4. tum Iovem Lucetium, crumpens in haec verba: Summe deorum regnator, cur genuisti illos impios Poenos? — Poenos navali pugna ad Liparas Duilius vincit, mersa et fugata eorum classe. Et terra Poeni fugantur. Anno CCCCXCIII. L. Cornelius Scipio Cos. in Sardinia contra Sardos, tum contra Hannonem feliciter pugnat ut jam victori nihil nisi

1—3. *Senex — marum.* *Priscian.* L. VI. *Apud Naevium in bello Punico inveni Marum pro Marium. Senex. f. p. D. a. s. D. r. f. N. r. marum.*

4. *Iovem — supremum.* *Varro* L. L. VI. *Naevius: — patrem suum optimum appellat supremum. ubi Bothius* Fragm. trag. p. 95. „Ita explebitur versus Saturnius: *Iovem patrem s. o. a.*“

5. *Lucetium. Gell.* N. A. V. 12. *Lucetium autem Iovem*

Quianam genuisti . . . . . .

Sis Poenei contremiscunt artibus; universim
Magnei metus tumultus pectora possidet;
Celsum funera agitant; exsequia ititant;
Temulentiamque tollunt festam . . . . . .

. . . manusque sursum ad coelum sustulit sas
Attilius; gratulabatur Diveis . . . . .

Africa ipsa restaret, Iteratis cladibus perculsi, 7 — 10. Poeni contremunt suis membris; metus magni tumultus omnium pectora tenet. Funera agunt, eunt ad faciendas exsequias, et vetant dies festos, ubi nimio mero temulentia oritur. 11. Anno CCCCXCIV Attilius Calatinus et C. Sulpicius Paterculus Coss. in Siciliam profecti, Panormum, Hipponam et Mytistratum capiunt, Drepanum, Lilybaeum, aliaque dejectis Poenorum praesidiis occupant. Trepidatum ab Attilio circa Camarinensium saltum, sed eximia virtus M. Calpurnii Flammae trib. milit. Consuli et salutem et victoriam parit, quare permotus Attilius gratias Diis agit.

Gn. Naevius in libris belli Punici appellat.

6. *Summe — genuisti.* *Festus: Qulanam pro quare et cur positum est apud antiquos, ut Naevium in carmine Punici belli: Summe deum regnator, quianam genus isti*; ubi Merula ad Enn. p. CCCCXVI, legit *genuisti*.

7 — 10. *Sis Poenei — festam.* Citat totum carmen *Calpurnius Piso* MS. Libro I. e Naevii libro tertio. Versus 7. citatur a *Nonio* v. *Metus*, suppr. libri nomine; aliqua versuum 8. 9. *Festus* v. *Temetum i. e. vinum*, sed corrupte: *Idem in funere, agite, exite, temulentiamque tollite.*

11. *manusque — diveis.* *Nonius: Gratulabatur pro gratias agebat. Naevius libro III. de bell. Punico: isque sursum ad coelum suas res Amulius gratulabatur divis.* Emendavit Merula versus, ad Enn. p. CCCCXX. Herrmannus vero: — *is, qui susum ad coelum sustulit suas res Aemilius gratulabatur divis* — —

12. *Attilius* al. *Amilius, Amulius, Ammulus, Romulus.* Legi posset et *Mamilius*, Q. enim Mamilius Vitulus anno CCCCXCI. cum L. Postumio Magello Cos. Vel: *Aemilius*, qui Procos. a. CCCCXCIX. de Poenis navalem egit triumphum.

CNEI NAEVII
DE BELLO PUNICO
LIBER QUARTUS.

✥

1 . . . . . ubi quum praetor advenit,
Auspicat auspicium prosperum . . . . .

✥

. . . . . transit Melitam
Romanus exercitus, insulam integram urit, populat
Et vastam rem hostium concinnat . . . .

✥

1. Anno CCCCXCV. C. Attilius Regulus, auspiciis peractis, 3. Liparam, Melitamque evertit. 5. Anno CCCCXCVI. Marco Regulo et L. Manlio Vulsone Coss. Romani Africam petunt. Manlius Romam revocatus, Regulus obsidet Adin. 6—8. Eo tempore serpens mirae magnitudinis, qui multos devoraverat, occiditur; ejus corium Romam delatum; carnem dant occisoribus, simul

1. *ubi—prosperum. Nonius: Auspicat pro auspicatur. Naevius libro IV. belli Punici: Virum praetor adveniet, auspicat auspicium prosperum.* Merula emendavit versum. Consentit Herrmannus.

3. *transit—concinnat. Nonius: concinnare. Naevius libro IV. bell. Pun. Transit Melitam Romanus exercitus, insulam integram urit, populatur, vastat, rem hostium concinnat.*

. . . . . eam carnem victoribu' danunt;
. . . . . *simul atrocia
Porriciunt exta ministratores . . . . .

Iamque eius mentem Fortuna fecerat quietem

. . . . . vicissatim volvi victoriam

Simul alis alid aliunde rumitant inter se,

---

porrigunt crudelia ejus exta. Poenis auxilio mittitur dux Xanthippus a Lacedaemoniis. Regulus nullo incutitur metu ; 9, namque ejus mentem jam Fortuna fecerat quietem. Sed caesis triginta millibus, a Xanthippo vincuntur Romani, ipse Regulus cum quindecim millibus capitur.

10. Regulus a Carthaginiensibus ad impetrandam pacem Romam mittendus, alloquitur milites suos, dissuadens eorum redemtionem, eos consolatus, victoriam modo huc modo illuc volvi; fieri igitur posse, ut sine mercede redimantur. 11 — 13. Milites captivi consentiunt, murmurantes inter se, Carthagine se perire malle, quam cum ignominia ad suos populares redire. Missus igitur Romam Regulus in Senatu redemtionem captivorum dissuadet. 14. Ibi occursatum illi, si illos fortissimos horum

6. *eam — danunt. Nonius: Danunt pro dant. Naev. lib. IV. belli Pun. eam c. v. danunt.*

7. *simul — ministratores. Nonius: Atrocia pro crudes. Naev. libro IV. bell. Pun. Simul atrocia proiecerunt* (Herrmann. legit: *porriberent.*) *exta ministratores.* Merula ad Enn. p. CCCCXXV. ait: „Atrocia vere, in quibus conspiciebant suorum civium fragmenta."

8. *Iamque — quietem. Priscian: Quies trium generum. Naevius in libro IV.* (al. II.) *carminis belli Punici: Iamque eum. F. f. quietem.*

10. *vicissatim — victoriam. Nonius: Vicissatim, per vices. Naevius libro IV. belli Poenici: vicissatim v. victoriam.*

11. *Simul — inter se. Festus: Rumitant, rumigerant. Naevius: Simul alius aliunde rumitant inter se.* Conf. Voss. Etymol. lat. v. *rumor. Alis, alid* antiqui usos fuisse constat pro *alius, aliud.* Metrum constituit ac legit versum; ut eum repraesentavimus Bothe fragm. Comic. p. 25.

*Seseque ii pereire mavolunt ibidem,
Quam cum stupro rebitere ad suos populareis.

✥

Sin illos deseritis fortissumos eiorum
Magnum inde stuprum poplo fieri pergetis.

✥

Inhospitalis victrices absorbet unda
Latium legiones homonum . . . . . ,
*Superbiter contemptim conterit legiones.

✥

---

militum deserat Senatus, magna contumelia affectum iri populum Romanum. Regulus tamen partem superiorem tenens, Carthaginem rediens supplicii poenam dat. 16 — 18. Anno CCCCXCVIII. naufragium horrendum Romana classis patitur ad Cossuram, in Africo mari. E trecentis navibus pereunt CCXX, cum victricibus legionibus Romanorum, s. Latinorum.

12. 13. *Seseque — populareis. Idem: Stuprum pro turpitudine antiques dixisse apparet. Naevius: Seseque ii perire mavolunt ibidem quam cum stupro redire ad suos populares. Item: si illos deserant fortissimos viros, magnum stuprum populo fieri pergetis.* Pro *redire*, legendum *rebitere*, quod magis Naevianum est. Bothe. fragm. Com. p. 24. tentat: *Seseque hi perbitare* (cf. Plaut. Capt. 6. 6.) *mavolunt ibidem Quam c. st. rebitere ad s. p.* Pro *viros*, Merula legit: *eiorum*, i. e. eorum, horum.

14. 15. *Sin illos — pergetis. Festus* l. cit.

16. 17. *Inhospitalis — homonum.* Citat *Calpurnius* MS. Libro II. e *Cn. Sanga*, de bello Punico libro IV., unde putat Merula, Naevio cognomen Sangae adhaesisse, idque eruere conatur e Nonio v. *fulgurivit*, ubi: *Novius sane a suo sonitu claro fulgurivit Iupiter:* legens: *Naevius Sanga: Suo sonitu* etc. Mercerius tamen h. l. legit: *Naavius Danae: Suo sonitu* etc. quam tragoediam conscripsisse Naevium et aliunde patet. — *Inhospitalis*, κακόξεινος ἁλύδων Lycophroni.

18. *Superbiter — legiones. Nonius v. Superbiter et contemptim* citat hunc versum e libro IV. (al. VI.) Naevii de bello Punico.

GNEI NAEVII
DE BELLO PUNICO
LIBER QUINTUS.

1 . . . . . fames acer augescit hostibus.

1. Anno CCCCXCIX. Cn. Cornelius Scipio Asina et A. Attilius Calatinus in Siciliam profecti Panormum capiunt. Cn. Servilius Caepio, C. Sempronius Blaesus cum CXL. navibus in Africam transgressi in Syrtes incidunt, et tempestate CL naves onerarias amittunt. C. Aurelius Cotta anno D. in Siciliam missus. Anno DII. C. Attilius Regulus et L. Manlius Vulso Lilybaeum cingunt; inde aucta est fames acerrima inter hostes.

1. *fames — hostibus. Priscianus: Acer et acris generis tam masculini quam feminini. Naevius in carmine belli Punici: Fames acer augescit hostibus.* Sic et Ennius in Annal. I. 121. *qui rem Romanam Latiumque augescere vultis.*

CNEI NAEVII
DE BELLO PUNICO
LIBER SEXTUS.

1 . . . . . septimum decimum annum
Ilico sedent . . . . . .

3 Censent eo venturum obviam *Poenei* . . .

1. Anno DIV. septimus decimus annus belli Punici; sed nonnisi Anno DXII. Carthaginiensibus pax data, L. Lutatio et Manlio Torquato Consulibus. Carthaginienses non immerito censebant; 2. Lutatium sibi obviam venturum, quod evenit, cum conditiones pacis offerret, scilicet, ut millia talenta statim, deinde proximo decennio duo millia ducenta penderentur; ut, praeter Siciliam, Poeni omnibus insulis, quae inter illam et Italiam essent, recederent, nec longis navibus in Italiam aut in Romani juris insulas navigarent, neque militem mercenarium ex iis conducerent, bellum cum Hierone, Syracusanorum rege, ne gererent, omnes captivos redderent etc.

1. *Septimum — sedent.* *Nonius s. v. Illico*, citat e libro sexto Naevii de bello Punico.

3. *Censent — obviam.* Idem s. v. *Censere*, allegat e libro sexto Naevii de bello Punico: *Censent eo venturum obviam.*

CNEI NAEVII
DE BELLO PUNICO
LIBER SEPTIMUS.

✥

1 Id quoque paciscunt Poenei a Siculeis, quo
Lutatium
Reconcilient . . . . . .
*Capteivos plurimos Sicilienses paciscit,
Ut reddant obsides . . . . . .

✥

5 Res divas edicit, praedicit castus

✥

---

1. Poeni, ut conditiones sibi impositas de reddendis captivis, impleant, poscunt a Siculis, ut Lutatii gratiam sibi reconcilient; 3. ipse vero Lutatius plurimos captivos Sicilienses poscit, ut red-

1. *Id quoque — reconcilient. Nonius: "Paciscunt pro paciscuntur. Naevius belli Punici libro septimo: Id quoque paciscunt moenia sint, quae Lutatium reconciliant captivos plurimos. Idem: Sicilienses paciscit obsides ut reddant.* Merula ad Ennium p. CCCCXXXIX. *restituit* versus, ut eos recudi curavi; Herrmannus legit: *Id quoque p. ut moenera sint quae Lutatium Reconcilient.* —

3. *Captivos — obsides. Nonius* l. c. Sic Merula: Herrmannus tamen — — *plurimos captivos Sicilienses paciscit, obsides ut reddant.*

5. *Res divas — castus.*

. . . . . convenit, regnum
7 Simul atque locos ut haberet . . . . .

dant obsides. 5. Lutatius pactionem init de his rebus. 6. Hiero rex, qui Romanis adversus Poenos succurrerat, praemia ampla reportavit. Cum enim hoc eodem anno Sicilia prima provincia facta, regnum Hieronis Syracusanum excipiebatur. Conventum est, regnum regionesque suas ut Hiero haberet. Et sic finis impositus acerrimo bello.

Nonius: Castus gen. masculino pro castitate. Naevius in carmine belli Punici: res divas edicit, praedicit castus.

6. 7. *Convenit — haberet. Nonius: Loca generis sunt neutri. Masculini apud Naevium de bello Poenico libro VII. Convenit regnum simul atque locos ut haberent*; ubi Merula reposuit *haberet*.

INCERTUM, QUO LIBRO POSITUM FUERAT.

1 . . . . . hoc Samnite

1. Citat hoc frustillum *Priscianus* Libr. VII. e Naevii belli Punici libro.

FRAGMENTORUM E NAEVII CARMINE BELLI PUNICI FINIS.

INDEX

FRAGMENTORUM EX ANNALIBUS ENNII.

Ad comparandam meam fragmentorum ex Annalibus Ennii editionem cum illa Merulae ut inde, in quibus utraque differat, possit quaeri, index iste et quidem serie alphabetica concinnatus est. Quibus asteriscus praefixus est fragmentis, ea in Merulae editione haud comparent, quippe quae post eius demum tempora detecta sunt.

Accedit sum qui dederat II. 28.
Accipe daque fidem I. 154.
Ac contra carinans VIII. 6.
*Ac spernunt. VI. 87.
Ac temere erratis. VII. 85.
Additur orator Cornelius. IX. 2.
Adgrettus fari. I. 138.
Adnuvit sese mecum. II. 18.
Adsectari omnes cupiunt. XVIII. 14.
Adspectabat virtutem legionis. X. 25.
Aedificant nomen. XVI. 18.
Aegro corde comas. X. 19.
Aemoni' Burrus uti mem. VI. 5.
Aequis de manibus. IV. 16.
Aerato sonitu. XVII. 19.
Aere fulva. XVIII. 15.
Aerumnae post ex fluvio. I. 51.
Aestatem autumnus sequitur. XVI. 84.
Aetolos. XV. 12.
Affatur Flamininum. X. 8.
Africa terribili tremit. VII. 64.
*Ager oppletur. I. 157.
Aio te Aeacida. VI. 8.
Alii retorica tongent. XVIII. 16.
Alte elata specus. XI. 23.
Alter nare cupit. VII. 56.
Alternum scritote diem. I. 158.
Ambactus. Inc. 9.
Amplius exangere. VII. 91.
Anchisen generat. I. 80.
Animusque in pectore latrat. X. 12.
Anionem. VI. 52.
Annibal audaci. XIII. 1.
*Annibalem. VIII. 71.
Ansatas mittunt. V. 20.
Antehac dementes. VI. 89.
Ante hunc. VII. 5.
Antiqua heu quam. III. 4.
Aplustra. VII. 50.
Apparent homini. XVII. 27.
*Appius indixit. VII. 19.
Apta dato signo. VI. 11.
Apta silet lustrum. X. 15.
Arbustum fremitu. VII. 32.
*Ardent urbem orbam. IV. 27.
*Arma sonunt, fremurque oritur. XVII. 25.
Armis conditur Alba. I. 33.

Arquum ubi adspiciunt. XV. 2.
Aspis ab Attilio. VII. 74.
Assaraco natus Capys. I. 29.
Ast hic quem nunc tu. I. 89.
Ast te non ut sum. I. 152.
At domus interior gemitu. II. 41.
At non quadrupedes equites. VII. 22.
Atque Anchises doctus. I. 31.
Atque atque accedit. IV. 22.
* Atque manu magna. VII. 58.
Atque priu' pariet. VII. 89.
At Romanus homo. IV. 6.
At tuba terribili sonitu. II. 33.
* Audio haud ausculto. VIII. 10.
Audire est operae pretium. I. 120.
Aversabantur semper. I. 132.
Auferre domos. VII. 24.
Augusto augurio. I. 116.
Avium praepetibus. I. 111.
Auspicio regni. I. 113.
Ausus es hoc ex ore tuo. VIII. 11.
* Aut animis superant. VI. 36.
Aut occasus ubi tempusve. VIII. 57.

Barritu pecudum titubantes. VI. 14.
Belli ferratos postes. VII. 114.
Belli turbine praepropero. I. 91.
Bellum aequis de manibus. IV. 15.
Bombu' pedum. VIII. 51.
Bona. Inc. 11.
Brundisium pulcro. VI. 58.
Brutaces bilingues. VIII. 66.

Capitibus nutantes pinus. VII. 27.
* Carbasus alta volat. X. 35.
Carnibus humanis distentus. VII. 76.
Cedunt ter quatuor. I. 110.
Celso pectore saepe iubam. V. 11.
*Cereris aere. XI. 4.
Certabant urbem. I. 99.
Certando prudens animam. V. 6.
Certare abnueo. VIII. 89.
Cetera quos peperisti. I. 60.
Cives Romani. V. 2.
Circumfusum. IV. 32.
Circum sos quae sunt. III. 14.
Clamor it ad coelum. VIII. 50.
Cluvebit. VII. 10.
Coelum prospexit. III. 26.
Coenacula maxima coeli. I. 165.
Coerula prata. II. 43.
Coeruleum spumat sale. XIV. 6.
Cogebant hostes. V. 16.
Comiter impertit. VII. 97.
* Commoves. VIII. 12.
Conditur Alba potens. I. 84.
Concava sub montes. XVII. 3.
Concidit et sonitum. XVI. 8.
Concurrunt veluti venti. XVII. 14.
Conferta pulcre rate. VII. 47.
Configunt parmam. XVII. 18.
* Confricati lentatique oleo. VIII. 22.
Coniicit in silvam. I. 80.
Consequitur, summam sonitu. VIII. 43.
Considunt tectis bipatentibus. I. 166.
Consilio indu foro lato. VII. 99.
* Consilium vanum. Inc. 22.
Consiluere. XVII. 9.
Consiptum. VIII. 25.
Conspicit inde sibi. I. 112.
Constitit inde loci. I. 167.
Contecti gladiis. XVI. 31.
Contemsit fontes. XVIII. 2.
Contendunt Graecos. XI. 7.
Contudit crudelis hiems. XVI. 85.
Contudit indigno bello. XIV. 16.
Contremuit templum. II. 6.
Convellit sese. I. 146.
Corde capessere. I. 43.
Corde suo trepidat. IV. 7.
Corpore Tartarino. I. 24.
Corpulentis. XVI. 36.
Crateribus olli ex auratis. VIII. 54.
* Crebra nivis ritu. XV. 8.
Crebrisuro. XVI. 5.
Cretenses. XV. 15.
Cuclopis venter. VII. 75.
Cum legionibus, quum proficiscitur. VIII. 86.
Cum magno strepitu Valcanum. VIII. 69.
Cuncta acris. I. 92.
Curantes magna cum cura. I. 94.
Cursus quingentos saepe veruti. X. 33.

Daedala. I. 29.
Debil homo. VIII. 7.
Decem coelites. IV. 4.

*Decessit Olympius nano. Inc. 17.
Decretum est fossare corpora. VI. 42.
Deducunt habiles. III. 22.
Degat. I. 176.
De muris res gerit Opscus. VIII. 72.
Denique vi magna. VII. 82.
Densantur campis. VIII. 47.
Deque totondit. III. 13.
*Descendidit. I. 81.
Desine Roma tuos. IX. 18.
Destituunt rivos. I. 66.
Dico qui hunc dicarb cupit. VIII. 16.
*Dictis Romanis incutit. VII. 62.
Dirius supplicium. III. 29.
Disperge hostes. V. 14.
Dispertit. I. 134.
Divi aevi integri. I. 164.
Divi hoc audite parumper. V. 5.
Divis. VII. 14.
Divum domus altisonum coil. I. 174.
Dono ducite. VI. 33.
Ducuntur forte ligati. V. 16.
Dulciferae fici. I. 75.
Dum censent terrere. VII. 66.
Dum quidem unus homo. VI. 43.
Dux ipse vias. VII. 46.
Duxit dilectos. X. 24.

Ecquid erit praemii. X. 9.
Ecquis exter erat. II. 2.
Effatur. VI. 20.
Effundit voces proprio. VI. 7.
Egregie cordatus homo. X. 5.
Eia machaeras. VII. 59.
Eloqueretur tincta malis. VII. 101.
Eorumdem me libertati. VI. 32.
Equitum celerissumus. VII. 80.
Ergo postque magisque. VIII. 29.
Est locus Hesperiam. I. 36.
Esto vel Consul. IX. 14.
Et melior navis. VII. 84.
Et pereunte viro. II. 37.
Et qua deprimens. X. 8.
*Et quasi suppremo. X. 20.
Et ripas raptare. I. 45.
Et rursus multae. VIII. 77.
Et simul effugit. II. 29.
Et simul ex alto. I. 108.
Et si mulier erubuit. XI. 11.
Et Tiberis flumen. II. 47.
Evax'st Aspis ab Attilio. VII. 73.
Evomeret si qua vellet. VII. 102.
Europam Libyamque. II. 46.
Eurudica prognata. I. 42.
Ex auratis hauserunt. VIII. 65.
Excita cum tremulis. I. 40.
Excubias curat. III. 10.
*Exhortantur equos. XV. 7.
Exin candida se radiis. I. 107.
Exin compellare pater. I. 49.
Exit per terras. I. 126.
Explorant Numidae. VI. 12.
Exspectant veluti Consul. I. 101.
Exspoliantur eos. I. 135.

Face vero quod te. I. 143.
Fari donavit. I. 32.
*Ferinunt. VII. 81.
Ferro foedati iacent. I. 136.
Ferro, non auro. VI. 28.
Ferro succidam. II. 26.
Fert sese campis. V. 10.
Festivumque diem festinant. I. 127.
Flentes, plorantes. I. 148.
Flos delibatus populi. IX. 6.
*Flos veterum. XVI. 37.
Fluctusque natantes. VII. 79.
Fortes Romani, quanquam. VIII. 17.
Fortibus est fortuna. VII. 59.
Fortunas ecquas cepere. I. 68.
Fraxinus frangitur. VII. 80.
Frugi homo. IV. 17.
Fulva volat. VIII. 45.
Fulviu' Nobilior. XV. 11.
Funduntque elatis naribus lucem. X. 32.
Furentibus ventis. VII. 78.
*Fusis sine mente. I. 129.
*Fuso sanguine sacrem. VII. 43.

Geminique hinc ubera. I. 72.
Gnatis parce tuis. IV. 3.
*Gravius autem. IV. 1.
Gressum. II. 21.
Grumam dirigere. XVII. 2.

Hac noctu filo. III. 19.
*Haec abnuit. VII. 84.
Haec effatus ibus. I. 65.
Haec effatu' pater. I. 52.
Haec inter sese tota vi. II. 16.
Haec nox praecessit. X. 30.
Hastati spargunt hastas. VIII. 46.

Hastis ansatis. III. 12.
Haud doctis dictis. VIII. 33.
Haud permaceret paries. II. 42.
Haudquaquam quemquam. VIII. 78.
Haud temere est, quod tu. III. 21.
Hebem. XVI. 88.
Hei mihi, qualis erat. I. 6.
Heu quam crudeli. II. 34.
Hic densis aquila. III. 1.
Hic occasus datus. II. 19.
Hinc Remus auspicia. I. 96.
His nata auspiciis. I. 114.
Hispane non Romane. XI. 20.
Hocce locutus vocat. VII. 95.
His verbis o gnata. I. 50.
Hoc, nisi tu. I. 128.
Horitur induperator. X. 28.
*Horiturque. XVI. 29.
Horrescit telis. XIV. 13.
Horret ager, campique. VIII. 48.
Horrida Romuleum. I. 1.
Hortatore bono. VII. 41.
*Hos ego in pugna. VI. 25.
Hos pavi. XI. 9.
Hos pestis necuit. XVI. 19.
Hostem qui feriet. VIII. 40.
*Hostili tamen irruit ictu. VI. 46.
Hunc inter pugnas. VII. 112.

Iam cata signa. I. 147.
Iamque fere pulvis. VIII. 44.
Iamque fere quatuor partum. II. 32.
*Iamque inter iactum teli. XV. 5.
Idem campus habet. VII. 33.
Ignaviter. Inc. 5.
Ilia dia nepos. I. 60.
Illa virago viri. IV. 12.
Ille vir haud magna cum re. X. 4.
Illic est nugator nihili. VIII. 8.
*Illuc duxit aquas. XVIII. 5.
Illurii restant. VII. 115.
Imber Neptuni. VII. 78.
Imbricitor Aquiloque suo XVII. 15.
*Imbrium fremitu. I. 157.
Impavidi. I. 73.
*Imperiosae. I. 63.
Impetus haud longe. VII. 55.
Imprimitque genae. XII. 6.
In campo celeri. I. 79.
In campo passim. XII. 5.
Incedit veles vulgo. XVI. 6.
Incidunt, arbusta. VII. 28.
Inde loci lituus. VIII. 42.
Inde Parum per coerula. X. 34.
Inde patefecit radiis. IV. 21.
Inde sibi memorat. III. 7.
Indignas turres. IV. 24.
Indu mari magno XVII. 16.
Indutuetur ibus. I. 78.
Infit o Cives. XIV. 15.
In frunde fritinnit. XVIII. 8.
Ingenio cui nulla malum. VII. 104.
Ingenio forti dextrum. XVI. 7.
Ingens cura mi cum. II. 1.
Ingenti vadit cursu. VII. 58.
Iniicit irritatus. V. 18.
Inimiciter. Inc. 4.
In patriam. VI. 35.
In Roma Troia revixsti. I. 93.
Insece Musa. X. 1.
Insexit. II. 27.
Insidiantes hic vigilant. XVI. 30.
Insidit currum dictator. IV. 4.
Insigne. XVI. 10.
Insignita fere tum. X. 23.
Insomnia. III. 20.
In somnis vidit. I. 16.
In templis isdem. VIII. 60.
Interea fax. X. III. 28. XVI. 22.
Interea fugit albus iubar. X. 31.
Interea Sol albus. I. 106.
*Inter ponendum. XI. 6.
Inter se serere. I. 69.
*Intus aquai frugiferai. XVIII. 6.
*Invictus 't Canis. XIII. 4.
In vulgum vulgas. VIII. 13.
Iracunditer. Inc. 1.
Irarumque effunde quadrigas. XVIII. 24.
Ire queat. II. 23.
Is pernas succidit. VIII. 53.
Isque Hellesponto. XIII. 7.
*Isque dies post aut Marcus. IX. 7.
Ista macella. VII. 44.
Istri tela manu. XVII. 24.
It eques et plosu. XVII. 12.
Iuno Vesta Ceres. I. 162.
*Iuppiter hic risit. I. 172.
Iuppiter ut muro fretus. I. 119.

Labitur uncta carina per aequora. VII. 49.
Labitur uncta carina volat. XIV. 7.

Laetantes vino curatos. XII. 4.
Laeva volavit avis. I. 109.
Legio reditu rumore. VII. 23.
*Lentatique oleoque ad arma. VIII. 23.
Leucatem campsant. X. 36.
Levesque sequuntur in hastas. XII. 8.
Libaque fictores. II. 10.
Libertatemque ut perpetuassint. IX. 10.
Litora laeta sonunt. XIII. 8.
Livius inde redit. IX. 1.
Longique cupressi. VII. 25.
Longiscunt quidquam. XVII. 29.
*Longos versus. VII. 5.
Luchnorum lumina bis sex. IX. 1.
Ludicre iactant. I. 85.
Ludunt pendentes. I. 78.
Lumen scitus agaso. VI. 21.
Lunaï portum. I. 4.
*Lupu' femina foeta repente. I. 71.

Magna ossa lacertique. XVII. 26.
Magno clamore bovantes. XIII. 2.
Malo cruce fatum. XI. 16.
Malos diffindunt. XV. 1.
Marci filius. IX. 4.
*Mare saxifragis undis. Inc. 16.
Marsa manus. VIII. 5.
Massili portant. IV. 26.
Matronae moeros. XIII. 9.
Mavors. I. 21.
Maxume. IX. 11.
*Melos. XVIII. 3.
Mensam sermonesque suos. VII. 96.
Mensas constituit. II. 9.
Mercurius, Iovis. I. 163.
Me regat aequa fides. II. 11.
Metari XVII. 1.
Metieo Fufetieo. II. 30.
*Milites in hastis. Inc. 18.
Minerva. I. 22.
Minturnenses. V. 17.
Miscent inter sese. VIII. 33.
Missaque per pectus. XI. 2.
Moenia concubia. VII. 94.
Moerentes, flentes. I. 149.
Montibus obstipis. XVI. 16.
Moribus antiquis. V. 1.
Mortalem summum. VIII. 74.
Mucronem. III. 28.
Mulserat huc navim. VII. 55.
Multa dies in bello. VIII. 76.
Multa foro ponens. VII. 51.
*Multare. Inc. 19.
Multarum veterum legum. VII. 110.
Multiplicant Romani. VII. 92.
Munda facit. II. 45.
*Mundi clypeus. Inc. 15.
Musae quae pedibus. I. 2.
*Musarum Pompilius cluvit. II. 3.

Nam latos populos. VII. 9.
*Nam me gravis impetus Orci. VI. 44.
Nam me visus homo. I. 44.
Namque avide pugnare. I. 35.
Namque tibi monumenta mei. IX. 19.
Nascere quae populos. I. 90.
Navibus explebant. VII. 172.
Navibus velivolis. XIV. 2.
Navorum imperium. XVI. 33.
Navu' repertus homo. VI. 4.
Ne bellum faciam. XIII. 2.
Nec cauponantes bellum. VI. 27.
Ne cures. I. 61.
Nec dico nec facio mu. VII. 90.
Nec dicti studiosus erat. VII. 4.
Nec mi aurum posco. VI. 26.
Nec pol homo. I. 122.
Neque corpora firma. XVII. 28.
Neque me decet haec. VII. 8.
Nec quisquam sophiam. I. 15.
Necquicquam reliquae carni. II. 40.
Nec quum capta capi. XIV. 12.
Nec respirandi. XVII. 23.
Nec retrahi potestur. VIII. 20.
Nec sese dedit in conspesctum. I. 53.
Neriene Mavortis. I. 150.
*Nil m' increpitando. VIII. 11.
Ni metus ulla tenet. VIII. 18.
Nixi militiae peperere. XVII. 6.
Nobis ostendat. XI. 19.
Nobis unde forent. IV. 18.
Nomen erat de quo. I. 125.
Non decet mussare bonos. X. 29.
*Non contemnere se. IV. 2.
Non ex iure manu. VIII. 34.
Non in sperando. XVI. 26.
*Nonis Iunis. IV. 20.
Non ponebat enim. VIII. 28.

Non possunt mussare boni. XVII. 5.
Non semper vestra evertit. VII. 58.
Nos ausi reserare. VII. 6.
*Nos esse arquatos. VIII. 19.
Nos sumus Romani. XVIII. 12.
Nostri cessere parumper. VIII. 24.
Nox quando mediis. XVI. 24.
Nunc est illa dies. XI. 18.
Nunc hostes vino domiti. VIII. 56.

Ob Romam noctu. VIII. 70.
Occidit. III. 24.
Occidit oceanumque. XVI. 23.
Occiduntur ibus potitus. I. 133.
Occumbunt multi letum. XV. 9.
O domus Anci. III. 3.
O genitor noster. I. 170.
Olim de coelo. III. 17.
Olli cernebant. VIII. 58.
Olli respondet rex. I. 88.
Olli respondet suavis. II. 7.
*Omnes dant. Inc. 21.
Omnes corde patrem. IV. 31.
Omnes mortales sese laudarier. XVIII. 13.
Omnes mortales victores. XII. 3.
Omnes occisi. XIV. 3.
Omnia per sonitus arces. I. 142.
Omnibus indu locis VII. 66.
Omnis cura viris. I. 100.
O pater, o genitor. I. 181.
O patria o divum domus. XIV. 9.
O pietas animi. XVIII. 11.
Optuma coelicolum. VIII. 61.
Optuma cum pulcris. IV. 33.
O quantam statuam. IX. 15.
Oratores doctiloqui. XVIII. 18.
Orator sine pace redit. VI. 41.
Ore Cethegus. IX. 3.
Ornatur ferro. III. 9.
Oscitat in campis. II. 38.
Ostia munita est. II. 44.
O Tite si quid ego adiuero. X. 6.
O Tite, tute Tati. I. 151.

Pandite soltigenas. XII. 7.
Parerent, observarent. VII. 37.
Pars ludiore iactant. I. 84.
Parti fuisset de summis. VII. 98.
Patrem divumque hominumque. VII. 45. VIII. 60.
Paucum multa tenens. VII. 108.
Pausam fecere fremendi. XVII. 10.
*Pectora dura tenet. I. 177.
Pede ruit. I. 70.
Pellitur e medio sapientia. VIII. 80.
Pendent penioulamenta. XI. 13.
Percellunt magnas quercus. VII. 29.
*Percilit in latus. VI. 47.
Perculsi pectora Poeni. VII. 70.
*Percutit in latus. VI. 45.
Per liquidum mare. VII. 48.
Perque fabas repunt. I. 67.
Pervehitur. IV. 5.
Pes premitur pede. VIII. 49.
Pilam vix. I. 157.
Pinus proceras pervertunt. VII. 30.
Pinsibant terram genibus. X. 22.
Poeni pervertentes omnia. VII. 69.
Poeni sunt soliti. VII. 13.
Poeni stipendia pendunt. VII. 16.
*Poenos. VII. 15.
Poenos Didone oriundos. VII. 11.
*Pompilius cluvit. II. 4.
Pone petunt, exin referunt. VII. 40.
Pontibus instructis. XIII. 6.
Popoloi Romanoi. I. 144.
Populea frus. XVIII. 8.
Porgite. VII. 60.
Porta tonat coeli. I. 156.
Postilla germana soror, I. 46.
*Postquam consisti fluvius. I. 76.
Postquam defessi sunt. III. 11.
Postquam discordia tetra. VII. 113.
Postquam lumina. III. 5.
Poste recumbite. VII. 39.
Postremae longinqua dies. XVI. 25.
Postumque turanni. III. 15.
Potes apte pigre sufferre laborem. XVII. 4.
Praeclariter. Inc. 3.
Praecox pugna est. VIII. 38.
*Prandere iubet horiturque. XVI. 23.
Primus nec bradus. XVI. 4.
Prodiunt famuli. III. 18.
Proiiciunt sese. VII. 83.
Proletarius publicitus. III. 3.
Prosperiter. Inc. 6.
Protendunt exsecrando. VII. 68.

Prudentem qui multa loqui, VII. 111.
Pugnandi fieret. X. 27.
Puriter. Ino. 7.

Quae faciunt mores veteresque. VII, 109.
Quae neque Dardaniis. XIV. 11.
Quae nunc te coquit. X. 7.
Quaerit Aventino. I. 98.
Quaeruntque in scirpo, XVIII. 17.
Quaeque freto cava, I, 26.
Quae scis in vulgum vulgas, VIII. 12.
Quae valido venit, VIII. 1.
Qualem te patriae, I. 179.
*Qua murum fieri voluit. I. 117.
Quam mox emittant. I. 103.
Quam primum Casci populi. I. 87.
Quamquam multa manus I. 54.
Quande. XII. 9.
Quamde tuas omnes. II. 15.
Qua Pullus furtim noctu. VII. 94.
*Quasi, Hellespontus. VII. 42.
Quas memorant Casmoenas. I, 3.
Quem Consul meruit. XVI. 15.
*Quem nemo ferro potuit. VI, 51.
Quem non virtutis egentem. XVII. 8.
Quem super ingens, I. 155.
Quianam dictis nostris. VII. 86.
Quianam legiones caedimu' ferro. II. 14.
*Qui antehac invicti fuere, VI, 24.
Qui clamor oppugnantis. XVI. 32.
Qui coelum versas. I. 140.
Quicum multa volutat. VII. 103.
Qui est omnibus princeps. VI, 6.
Qui ferro miniteris, II. 22.
Qui fulmine claro, I. 141.
*Qui iactu valido. VI. 48.
*Quin mundae. XI. 5.
Quintus in occulto. VI. 1.
Quintus pater. VIII. 67.
Qui potis ingentes, VI. 49.
Quippe solent reges, XI. 3.
Quippe vetusta virum. XVI. 1.
Qui rem romanam. I. 121.
*Qui sub civilia. I. 77.
Quis pater aut. I. 131.
Quisquis siet, VIII. 41.
Quis te persuasit, VIII. 15.
Qui tum vivebant homines. IX. 5.
Qui vicit non est victor. I. 87.
Quod Graeca lingua. XI. 8.
Quod minimum est, neque, ut aiunt. VIII. 26.
Quod per amoenam urbem, V, 19.
Quod quisque in bello. X. 2.
Quoi par Imber, I. 25.
Quoi res audacter magnas. VII, 100.
Quoi res sapsa loco. XVI. 2.
Quorum virtuti. VI. 31.
*Quo sospite liber. IV. 7.
Quos homines quondam, I. 38.
Quos omnes Erebo. I. 27.
Quos ubi rex paullo. XVI. 20.
Quo tam temere itis. VII. 84.
Quo vobis mentes. VI. 38.
Quum dare coepisset. VII. 38.
Quum illa ut, quae iam semel est. VII. 87.
Quum neque Musarum scopulos. VII. 3.
Quum procul adspiciunt, XIV. 1.
Quumque caput caderet. II. 36.
Quum saevo obsidio. I. 118.
Quum sola est. XVII. 30.
Quum somno sese exsiccat. IV 30.
Quum superum lumen, I. 137.
Quum tonuit laevum. II. 5.
Quum veter occubuit. I. 28.

Rastros dente faber, VIII. 64.
Ratibusque fremebat, VII. 77.
Rebus utri magni. I. 105.
Reddidit ut summo e regno, VIII. 75.
Redinunt in patriam, VI. 34.
Reges per regnum. XVI. 17.
Regni dant operam. I. 95.
Regni versatam. X. 13.
Remorbescat, VII. 83.
Rem repetunt. VIII. 35.
Replet te laetificum gan, II. 24.
Repostus. I. 160.
Res fortunatim. II. 13.
Respondet Iuno. I. 169.
*Revulso et stipite miles. VI. 47.
Rex deinde citatus. I. 145.
Rigido tum coerula suro. XIV. 4.
Rimantur utrique. XI. 21.
Ripaeis fodere, IV. 5.
*Riserunt omnes. I. 175.

Romani muris. V. 3.
Romani scalis. IV. 23.
Romanus populus. IX. 16.
Romulus in coelo. I. 175.
Rompaea. XIV. 14.
Runata recedit. I. 171.
Rurescunt frondes. VII. 25.

Sagos coeruleas termes. VIII. 2. 3.
Salsum humorem. VII. 46.
*Salsus sudor. Inc. 14.
Sanctosque poetas. XVIII. 20.
Satin vates verant. XIII. 5.
Saturnius olli. I. 124.
Saturno quem Coelus genuvit. I. 28.
Saturno sancto create. I. 139.
Scipio invicte. IX. 17.
Scitus secunda loquens. VII. 107.
Scripsere alii rem. VII. 1.
Sed quid ego haec memoro. IX. 8.
Sed quid ego hic. VI. 40.
Sed sola terrarum. VII. 12.
Semianimesque micant oculi. II. 39.
Semper abundantes. XVII. 21.
Sensit voce suem. X. 16.
Se primus nec bradus. XVI. 3.
Septingenti sunt paulo plus. I. 124.
Sese sic memorant. I. 178.
Se tum sicut equus. V. 8.
Sic expectabat populus. I. 104.
Sicuti si quis ferat. XII. 2.
Sicut fortis equus. XVIII. 21.
*Signa canunt. XVII. 11.
*Silvarum saltus. XI. 22.
Si luci si nox. XVII. 2.
Simia quam similis. XI. 15.
Si quid me fuerit. II. 13.
Si veluti quando vinclis. X. 14.
Sollicitari te. X. 11.
Sol mediam complere. I. 159.
Solui. Inc. 12.
Solus avem servat. I. 97.
Spernitur orator bonus. VIII. 31.
Spero si speres. XVI. 25.
Spiras legionibus nexunt. XVII. 11.
Spiritus ex anima. V. 12.
Stant pulvere campi. VIII. 45.
Stant rectis foliis. VII. 26.
Stipites abiegnos. I. 86.
Stolidum genus Aeacidarum. VI. 9.
Suasorem summum. XIII. 3.
Suavis homo, facundus. VII. 106.
Suaviter. XVIII. 8.
*Subticerent. I. 130.
*Substiterat, subito erumpunt. XV. 6.
Succincti corda machaeris. XV. 3.
Succincti gladiis. VIII. 59.
Sulfurea posuit. V. 4.
Summus ibi capitur Meddix. VIII. 73.
Superbiter. Inc. 2.
Surremsit. I. 82.
Surus aurum ferret. VII. 21.
Suspectans, si mussaret. X. 26.

Talia commemorat lacrimans. I. 41.
Tamen induvolans. XVI. 9.
Tantidem quasi foeta canes. IV. 84.
Tappetem. III. 25.
Tardaque vestigare. I. 47.
Tarquinii corpus. III. 16.
Tarquinio dedit. III. 6.
*Tellusque perusta. XVIII. 4.
Teloque trabali. IV. 24.
Telo transfigit corpus. VI. 15.
Templa. I. 168.
Tendebam lacrimans. I. 55.
Te nunc sancta precor. I. 17.
Teque pater Tiberine. I. 20.
Teque Quirine pater. I. 19.
Tergum igitur sagus. V. 18.
Termes purpureis gemmavit. VIII. 4.
Terrai frugiferai. XVIII. 1.
Testes sunt campi. IX. 20.
Tetenderit endo suam do. IV. 19.
Tetrosque elefantos. VI. 17.
Tollitur in coelum. XVII. 13.
Tonsam arte tenentes. VII. 36.
Tonsillis rapide configunt. VII. 71.
Topper quam nemo melius scit. VIII. 14.
Torrus. Inc. 10.
Totum sudor habet corpus. XVII. 22.
Tractatus per aequora campi. II. 31.
Transfigit corpus. VI. 16.
Tristitiae oculosque. VII. 67.
Tum clypei resonant. XI. 1.

Tum cum corde suo. VI. 19.
Tum memini fieri me pavum. I. 14.
Tum timido manat. XVI. 21.
Tunc coepit memorare. X. 10.
Tunicata iuventus. VII. 17.
Tu produxisti nos. I. 180.

Ubi mille rotam. XVIII. 23.
Vel tu Dictator. IX. 13.
Vento quem perhibent. III. 2.
Verrunt extemplo. XIV. 5.
Versat mucronem. III. 27.
Versibus quos olim Fauni. VII. 2.
Vertitur interea coelum. VI. 18.
Vertunt crateres aenos. XII. 1.
Vicit Olumpia. XVIII. 22.
Viden. Inc. 13.
Vim tua noluntas. XVI. 14.
Vincla suis magnis. V. 9.
Vires vitaque corpu' meum. I. 43.
Virgine'nam sibi. I. 128.
Viri validis cum viribus. IX. 9.
Virosque valentes. XVI. 35.
Virtute experiamur. VI. 30.
Visus Homerus. I. 5.
Vita illa dignu' loooque. VII. 61.
Vix aegro tum corde meo. I. 56.
Unde habeas quaerit nemo. XI. 14.
Undique conveniunt. XVII. 17.
Undique multimodis. VII. 65.
Undique nitendo. XVII. 20.
Una trabes remis. VII. 52.
Unus erit, quem tu tolles. I. 167.
Unus homo nobis cunctando. VIII. 27.
Unus suru' surum. VII. 20.
Vocibu' concidat. VIII. 9.
Volscus perdidit Axur. IV. 25.
Vos etenim iuvenes. IV. 11.
Vosne velit an me regnare hera. VI. 29.
Ut clavum rectum. VII. 35.
Ut des Iupiter. XI. 17.
Ut faceret facinus. VII. 105.
Ut Ilia reddita. I. 57.
Ut me de coelo. I. 18.
Ut patefecerunt Bruges. XIV. 8.
Ut primum tenebris. VI. 22.
Ut pro Romano populo. V. 6.
*Vulgus avium. XVIII. 7.
*Vulgus hastarum. VIII. 53.
Vult omnes avidi. I. 102.
Vulturnus in silvis. II. 33.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

IN ENNII ANNALIUM LIBB. XVIII. FRAGMENTA.

pag. III. lin. 12. pro *eos* l. *eius*.
— XLV. pro SCTIPTA l. SCRIPTA.
— 15. not. 58. pro: *Atque Ilia* lege: *Ut Ilia*.
— 17. lin. 12. deme comma post *succus* et pone illud post *converterat*.
In not. 75. pro *quem* l. *quam*, tum: *dicta, quae nunc colitur*.
— 25. not. 115. lin. 9. pro *quadravit* l. *quadrant*.
In not. 119. Lambini nomen charactere romano exprimendum
— 36. lin. 3. pone asteriscum ante *Iuppiter*.
— 45. lin. 3. pone asteriscum ante *regreditur*.
— 49. not. 36. Adde: *Barth* ad h. l. annotavit: „Versus quos Ennii nomine Lutatius citat, nullius minus quam eius sunt. Nisi aliter quidem constituantur. Legendum autem *rauco in sonus aere cucurrit*."
— 67. lin. 2. deme punctum post *nox*.
— 69. Not. 30. Barthius annotat, in suis membranis legi: *Cum sese exsiccat somno perfusa iuventus*.
— 79. lin. 1. pone asteriscum ante *stolidum*.
— 82. lin. 4. dispone:

— *qui ante hac*
Invicti fuvere viri etc.

In not. 22. post *Annal.* adde *Ennii*.
— 86. not. 46. lin. 7. pro *percutit* l. *perculit*.
— 92. lin. 2. pro *tunicatae iuventus* l. *tunicata iuventus*.
— 105. lin. 4. l. *Regulus*. Ad not. 81. adde: Conf. Annal. VI. not. 34.
— 106. lin. 2. Vox *heu* literis cursivis exprimenda.
— 108. Ad versus 95. sqq. adhibe novissimam Gellii editionem criticam *Alberti Lion*, qui eos sic constituit:

Hocce locutus vocat, quicum bene saepe libenter
Mensam sermonesque suos rerumque suarum
Comiter impartit, magnam cum lassus diei
Partem fuvisset, de summis rebus regundis,
Consilio, indu foro lato, sanctoque senatu,
Cui res audacter magnas parvasque iocumque
Eloqueretur, tincta malis et quae bona dictu
Evomeret, si qui vellet, tutoque locaret.
Quicum multa voluptas, gaudia clamque palamque.
Ingenium, cui nulla malum sententia suadet,
Ut faceret facinus, levis, haud malus, doctus, fidelis,
Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
Scitus, secunda loquens in tempore, commodus verbûm
Paucûm, multa tenens, antiqua, sepulta, vetustas
Quae facit, et mores veteresque novosque tenentem;
Multarum veterum legum Divumque hominumque
Prudentem; qui multa loqui tacereve posset,
Hunc inter pugnas compellat Servilius sic.

pag. 113. lin. 2. pro *perdidit* l. *perdere*. Subaudi *coepit*.
— 114. In nota 9. adde: *Barth.* ad Stat. Theb. III. 92. legit: *Vocibus concitle*, *fac musset obrutus*. Et explicat: "Mussare essę hominum occulte et depressa voce loquentium, quod celatum velint, auctor Nonius."
— 115. Not. 15. Ennii locus desumtus, teste *Merula*, e Servio Petri Danielis olim militum manibus erepto.
— 120. lin. 5. Pone comma post *videtur*.
— 134. lin. 1. pro *pepere* l. *peperere*. Ibidem: Not. 20. lin. 16. pro *Quilibet* lege: *Quibit*.
— 181. lin. 17. pro *confecit* l. *coniecit*.

Prostant Lipsiae et Hannoverae in libraria Hahniana:

1. Tabula itineraria Peutingeriana, primum aeri incisa et edita a Franc. Christoph. de Scheyb 1753, denuo cum Codice Vindoboni collata, emendata, et Conradi Mannerti introductione instructa, studio et opera Academiae litterarum Regiae Monacensis. 1824. fol. max.

In paranda hac nova post Scheybium tabulae Peutingerianae editione primum id operis sibi sumserunt Editores, ut duodecim eius segmenta cum autographo Vindoboni conferrentur. Non pauca enim a chalcographo, cui Scheybius omne negotium mandaverat, minus accurate e MSto in tabulas aeneas translata erant, quanquam Scheybius ipse accuratissimam diligentiam professus esset, et literae amicorum ipsius editionis praefixae summam eius in omni hac opera diligentiam et maximum Scheybiani exemplaris cum ipso Codice consensum testarentur. Quam larga errorum messis fuerit, praefatio docet; sublati illi in hac iterata editione. Praeter hanc ipsius Tabulae incisae emendationem hoc quoque curandum censuerunt Editores, ut quam Scheybius scripserat introductionem, eius loco nova poneretur, quae his temporibus, et priscarum literarum Genio digna esset. Hoc munere functus illustrissimus Mannertus, per triginta annos Geographiae veteris sagacissimus perscrutator, ita ut nemo illi par esse videatur. Additus insuper Index Scheybianus, adiectis nominibus correctis, quorum magnam partem fuisse, asteriscus iis praefixus docet.

2. Q. Horatii Flacci opera omnia recensuit et illustravit Fridericus Guil. Doering. II. Volumina, quorum prius iam tertia vice prodit; in 8vo.

Textus in hac elegantissima editione denuo recognitus, ita ut quam emendatissime prodierit, lectionibus diligenter excussis, et quae tam linguae, quam poetae ingenio maxime respondere viderentur, receptis. Quod ad interpretationem attinet, omni cura et studio in ea versatus est Editor, multaque loca difficiliora nova via explanare studuit, id tamen sibi proponens, ut tironibus imprimis et comtiorum literarum cultoribus plus consultum iret, quam viris doctis philologiae studio omnino addictis. Nam in quibus doctrinae alias laus et copia cerni et censeri solet, in iis fuit brevior, at in iis, quae ad poetae virtutes et sententias penitius perspiciendas facere viderentur, copiosior, adeoque utilitatis magis quam gloriae interdum vanae studiosus.

3. Nonius Marcellus de proprietate sermonum. Additus est Fulgentius Planciades de prisco sermone, et notae in Nonium et Fulgentium Iosiae Mercerii. Ad editionem Parisiensem anni 1614. quam fidelissime repraesentati. Adiecta est notitia literaria. 8vo.

Omnium Nonii, praestantissimi sane Grammatici, editionem optimam hucusque et celebratissimam esse, quam Iosias Mercerius curavit, nemo

est, qui ignorat. Ob insignem eius in his terris raritatem, iamdudum optarunt viri docti, eam recudi. Satisfactum igitur eorum votis. Recusa editio Parisina, quoad eius fieri potuit, ad amussim, ita ut pagina paginae, linea lineae correspondeat. Sphalmata tamen typographica, quorum magnum enarravit numerum calx editionis Parisinae, iam in ipso textu sublata sunt, ut emendatior nova recensio prodiret. Accedit insuper notitia literaria de Nonio et Fulgentio, summo studio confecta.

4. Xenophontis de Expeditione Cyri Commentarii. Editio secunda. post Io. Gottlobum Schneiderum curavit Friedericus Augustus Bornemann haynensis, cum Ricardi Porsoni adnotationibus integris. Tomus Secundus. 8 maj.